
IO. HIERONYMI ALBANI ... LIBER, PRO OPPUGNATA ROMANI PONT. DIGNITATE ET...

Giovanni Girolamo Albani




BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
68
13 B
64





IO. HIERONYMI

ALBANI EQVITIS ET IVRIS VTRIVSQVE CONSVLTI LIBER,

PRO OPPVGNATA ROMANI PONT. DIGNITATE ET CONSTANTINI DONATIONE ADVERSVS OBTRECTATORES.


Cæsaris Marchi [illegible] J.C.



PAVLO III. PONT. MAX. IO.
HIERONYMVS ALBANVS.



ON quia existimarẽ Pont. Max. te, qui eũ dignitatis gradum tenes, quo nullus in terris Deo propior est, in tam bona causa magnorũ oratorũ patrocinio, nedum meo indigere, me istorũ latratibus obieci, qui tibi ac potestati tuæ detrahere non desinũt: sed quia verebar, ne si hac oblata occasiõe tacuissem, duo nomina, quæ mihi sunt ipsa vita chariora, amitterẽ. Alterum est, quo Christianus appellor: eo. n. indignũ fore me iudicabam, nisi si quid est in me vel ingenij, vel eruditionis, id totũ ad illam Petri sedẽ defendendã contulissem. Alterũ illud est, quod genius mihi meus iam tum indidit, cũ te nec dũ suprema ista dignitate insignem, nec dum visum, sed sola generis et virtutũ claritate cognitũ, patronũ, ac Dominũ mihi delegit: & postea benignus iste maiestatis tuæ fauor confirmauit. Vt culpam igitur euitarem, non vt laudem quærerẽ hoc impar viribus meis onus suscepi: maiora animi mei pignora tuæ amplitudini exhibiturus, si tantũ possem quantũ me tibi debere sentio. Quare abs te supplex peto, vt hanc saltẽ animi mei propensionem non respuas, meq; in eo tuæ gratiæ loco habere non graueris, quem tua mihi iampridem bonitate concessisti. nullo. n. alio melius modo potest omnibus innotescere, me frustra in studijs tempus non contriuisse, quàm si tu, qui vt dignitate, ita virtute cæteris mortalibus antecellis, me non indignum iudicaris, quem constanter diligas.



NEMINEM omnium, qui præclarum aliquid literarum memoriæ prodiderunt, dubitasse constat, honestam esse solius temporis auaritiam: eamq; cum ad beatã mortaliũ vitam, tum ad laudis immortalitatẽ plurimum pertinere. Nos verò eorum sententiã tum demũ esse verissimã semper existimauimus, cum omnes conatus nostros eò intendimus, vt oppugnatæ religioni aliquid præsidij pro suis quisq; viribus afferamus. Idq; non ideo vt inanem gloriam assequamur, sed ne acceptorũ beneficiorũ ita immemores videamur, quin ei, à quo omnia accepimus, hoc vnum saltem exhibeamus. Hac ego rõne ductus quod possum afferre constitui vexatæ Dei ecclesiæ adiumentũ. Verùm si quis fortè mirabitur, cur cum tot ac tanti præcellentis doctrinæ et eloquentiæ viris his tẽporibus floreant, ego potissimũ graue istud onus susceperim, qui cum illis nec rerũ scientia, nec dicẽdi copia, nec authoritate, quæ in ipsis vel maxima est, sum cõparandus, is hanc animi mei fuisse rõnem intelligat: quòd cũ nõ sine magna et honestissima quadã voluptate legerẽ admonitionẽ illã paternã, quam superioribus annis PAVLVS III. PONT. MAX. ad CAROLVM. V. IMPERATOREM scripsit, in qua pontificiæ maiestatis priuilegia, & modesta oratione & optimo iure defenduntur: vidi pariter & impiorum hominum non scholia, vt ipsi appellant, sed indigna homine libero conuitia, non

non de eruditionis schola petita, sed de harà impietatis eructata. Quæ etsi propter scribentiũ leuitatem contẽni iure põt: oculos tamen et cor meũ non leuiter vulnerarunt. nullũ enim contumeliæ, nullũ conuitij, nullũ blasphemiæ genus omiserunt, quod aduersus Christi vicariũ, & eius potestatis amplitudinem non effuderint. Verũ non mediocriter sum recreatus: cum subinde mecũ reputare cœpi, nihil quidẽ esse tam sanctũ, quod non aliquando audacia hominũ violauerit: & quandam tamen ita esse perspicuam veritatẽ, vt eam obscurare nulla res possit: eãq; esse Romani pontificis causam: quæ ita omni iuris auxilio est munita, vt facilè constet, pro ea modestiam aduersus temeritatem, ius aduersus iniuriam, honestatẽ aduersus impudentiam, veritatẽ deniq; aduersus mendaciũ decertare. Hanc ego igitur causam, quãuis minimus omnium defendẽdam, suscipere dubitabo? istis ego in maiestatẽ pontificiam adeo temere irruentibus non obsistam? eorũ eloquentia deterrebor? Sint hæc à nobis procul: ea n. de re loquimur, in qua ob iuris & iustitiæ certitudinẽ oratio nemini deesse potest: magnaq; fiducia semper est defendenda causa veritatis, causa Dei. Nec verò me eò prouexit audacia, vt crederẽ tantæ sedis amplitudinẽ, tot insigniũ scriptorum traditionibus illustratam, nũc tam exigui defensoris patrocinio indigere, sed magis vt tanq̃ fidus pastori catulus impios catholici gregis abactores, qua possem voce terrerẽ: at ꝓ vt causa hæc tantò melior videatur, quã ò infirmior est is à quo defenditur. Verũ anteq̃ ad eã aggrediar, ab ijs, qui hæc lecturi sunt postulo, vt si quã

aduersam opinionẽ mente cõprahẽderint, eam libenti animo tantisper deponant, nec prius iudicent, quàm rõnes nostras planè intellexerint. Conuitia ista, quibus inquinatissimus quisq; oblectatur, procul abominentur. Rõnẽ, quæ vna hominem à brutis animantibus secernit, ducem sequantur. Sic.n. fore confido, vt & causæ huius honestas, & impiorũ hominũ rabies facile noscatur. Itaq; ne promissa nostra diutius, q̃ par est, differamus: breuiter primũ, atq; ex fide, quæ ab illis vulgò iactantur, omnia colligemus. deinde quæ nos sentiamus, & quid ratio postulet, in mediũ afferemus. Tu verò lector, quæso animũ diligenter intende, & vbi ad extremum expectaris, tum demũ iudicato. Negant igitur ij primatũ vllũ Romano Pontifici datũ fuisse, asserentes à Christo parem omnibus apostolis ligandi & soluendi traditã esse potestatẽ. Negãt antiquas synodos papæ authoritate præcedente fuisse coactas, citant ad hoc Nicenũ, Chalcedonense, & alia à veteribus celebrata concilia. In papã rursus inuehuntur, dicentes conciliũ Aquileiense, cui præfuit Ambrosius, in Italia sine vllo Romani præsulis cõsensu celebratũ. Papã prohibẽt vniuersalẽ Epm appellari. Donationẽ Cõstantini aiunt esse figmentũ. Affirmant cãs religionis nõ corã Papa, sed corã Cæsare esse tractandas, Demũ nõ sine cõuitijs clamant, in cõcilio Chartaginẽsi legatis papæ assẽrẽtibus Epor ũ appellatiões ex decreto Niceni cõcilij ad Romanã sedẽ esse deferẽdas, Epos Numidiæ cõtradixisse: et facta dicti cõcilij librorũ collatione, nõ sine legatorũ pudore nusq̃ decretũ illud repertum fuisse.

Nos vero ijs diligentissime consideratis, & firma ratione ac vt veriora, ita veterum authoritate confutatis, cōtraria omnia honestiora esse arbitramur. Et quò res clarius explicetur, totā cām atq; adeo librum ipsum in tres partes diuidendum censuimus. ac primum quidē ostendemus, Petrum ampliorē quàm alios apostolos à Christo ligandi & soluendi authoritatē accepisse. Deinde illud sequi probabimus, concilium sine pontifice Romano cogi non posse: & id esse antiquitus obseruatū. Tertio deniq; loco & opposita, quæ ex impijs istis scholijs colliguntur, & alia nonnulla, quæ ab alijs nonnunq; in contrarium iactari vulgò solent, confutabuntur. Illud tamen vel imprimis admonendū putauimus, ne lector expectet, vt de primatu Romani Pontificis quæ dici iure possunt omnia in locū hunc conferamus, nos ita de illo cumulatè vt fieri posset, non esse loquuturos: tū quòd hac de re vberes à doctissimis viris æditi sunt cōmentarij: tum quòd nos quoq; alibi latissimè disseruimus, quid sacris veterum constitutionibus sit declaratum.

In lib. de pot. pa. & concil.

Quamobrē hoc tempore id tantum sufficiet, si ijs, quæ iam antea diximus, nōnulla ex infinitis propè sanctorum patrū traditionibus delecta, & iurisconsultorū sententijs atq; vsu vetustissimo comprobata adijciemus. Sic.n. neminē præter pertinacissimos nescio quos & perditissimos homines inueniri posse opinamur, qui tanto testium numero, tantorum patrū dignitati, tantæ tāq; inueteratæ consuetudinis authoritati non plurimum deferat. Iccirco autē in huius libri marginibus quasi indicē quendam posuimus, quo & iuris vtriusq; sanctiones,

& earũ interpretũ opiniones ostenderentur: vt qui legibu non modo (vt par est) ducuntur, verũ etiam delectantur, fontes ipsos, vnde hæc hausimus, facilè possint inuenire. Qui verò eas impudenter negligunt, ac planè respuunt, maiorẽ (si dijs placet) suã ꝙ legislatorũ prudentiã existimantes, ij saltẽ validissimus rationibus, & his, quæ nullo pacto contẽni possint, authoritatibus vrgeantur: ad quas tamen si leges quoq; ipsas & sacros canones accedere non ignorabunt, æquũ erit vt facilius in nostram sententiam adducantur: melior enim ac tutior illa opinio semper existimatur, quæ est plurimorum sententijs confirmata. E. si. C. de fideic. & c. Prudentiã, de offic. dele.

PRIMVM igitur propositæ rei caput aggredientes, dicimus primatũ in ecclesia Dei non leui & ambitiosa aliqua hominũ opinione & figmento esse excogitatũ, sed ab euãgelicis eius, qui neminẽ fallit, documentis originẽ traxisse, & eos ab euangelica veritate longè aberrare, qui Romanũ pontificem in Dei ecclesia summũ ac maximũ negant. neq; n. (vt multa breuitatis causa prætermittantur) negari potest, quin Petro amplior ꝙ cæteris apostolis potestas tributa fuerit, si verba pollicitationis, et executionis ei à Christo dicta inspiciantur. verba. n. (vt à iureconsultis accepimus) secundũ subiectam materiã sunt intelligenda. Verũ si factæ Petro pollicitationis verba consideremus, ea tum demũ prolata deprehendemus, cũ de fide et ijs, quæ credi oportet, ageretur: quod vel ex ipsa Christi interrogatione cuius facilè patere potest. E. Stipulatio ista. ff. de verb. oblig. et ibi no. ait. n. Quem dicunt homines esse filiũ hominis? Fidẽ porrò Matt. 16.

totius ecclesiæ fundamentũ esse, nemo est, qui nesciat, simul ẽt de ædificanda vniuersali ecclesia Christus loquebatur dicẽs, Et super hanc petram ædificabo ecclesiam meã, atq; vno & eodem tẽpore solũ alloquẽs Petrum subiunxit. Et tibi dabo claues. Quodcũq; ligaueris etc. Ex quo verborum contextu, si pollicitatio ad subiectum negociũ referatur, facillimè intelligimus, potestatẽ Petro promissam, adeo amplam extitisse, vt ad supremã in vniuersali ecclesia iurisdictionẽ, & ad cuncta maiora negocia extendatur. Quod de alijs apostolis et particularibus ecclesijs minimè dici potest, si verba ligandi & soluendi, quæ omnibus apostolis dicta sunt, volumus diligenter animaduertere. Ibi. n. non de vniuersali ecclesia ædificanda, non de fidei fundamento, sed tantũ de foro consciẽtiæ agebatur, ibi deniq; Christus erudiendos apostolos susceperat, quẽadmodum erga fratrẽ peccantẽ se habere deberent: Id enim liquet tam ex præcedentibus, quàm ex sequentibus verbis, ex quibus ẽt media declarari solent. In principio. n. inquit dñs, si peccauerit in te frater tuus, &c. Deinde vltimo loco Petrus et verba et mentẽ Christi repetens, ac resumens ait, Dñe si peccauerit in me frater meus, quoties dimittã ei? Et sic patet ibi rem ad solũ peccati negociũ fuisse coangustatã, cui si verba ptãtis illius simul prolata annectantur, vt et naturæ ratio, et ciuile ius postulat, consequens est vt verba illa quãquã vniuersalia, ad illos tantum dimittendorum peccatorũ limites restringi oporteat. aliòqui veræ interpretatiões eluderentur, si quis verba amplius ac latius quàm subiecta materia exigat,

L. si seruus plurium. ff. de leg. i. cũ concor.

Matt. 18.

L. qui filiabus ff. de lega i. & d. l. si seruus plurium.

L. stipulatio ista. ff. de ver. obli. & ibi no.

ausu temerario interpretetur. Rursus inter hanc & illã potestatis pollicitationẽ, longa est differentia si vtriusq; executio cõsideretur: nã talis præsumitur ac intelligitur causa præcessisse, qualis ab effectu dignosci solet, tam etsi de ipsa causa non constaret. Vt igitur promissionem Petro factam, fuisse amplissimam demonstratũ est, ita eiusdem quoq; executionẽ excelsam, ac valde sublimem esse nouimus, cum ei dictum fuerit, Simon Ioãnis, diligis me plus his: pasce oues meas. Tria. n. ex his tam paucis verbis, priuilegia colliguntur. Quorũ primum est, hanc vniuersalis ecclesiæ potestatẽ soli Petro esse concessam: quandoquidẽ hunc vnum dñs in singulari numero, sub nomine proprio, ac etiam persona patris, vt res magis cõstaret, demonstrata fuerit allocutus. Præterea & vox illa, plus ijs, personam Petri ab alijs fuisse seiunctam: non obscure indicat: cum ab eo maiorem Christus dilectionem exegerit, cui & maiorem traditurus erat potestatem. Idq; etiam satis percipitur ex verbis illis in promissione prolatis. Beatus est Simon. Tu es Petrus, & tibi dabo. & reliqua quæ à Theologis diligẽtissime ventilantur. Secundũ verò priuilegiũ ex eo colligitur, quod ei dictum fuit. Pasce. vt intelligeremus potestatem illam non solum ea complecti, quæ ad forum conscientiæ attinent, verũ etiam ea, quæ sunt iurisdictionis amplissimæ: cum (vt in sacris antiquorum literis videre est) pascere, regere, ac regnare non dissimilia sint. Reges. n. pastores nuncupabantur. Ad hæc illud facit. Tibi dixit Dñs Deus tuus, tu pasces populum meũ Israel, & tu eris princeps super eum.

L. cũ de in rem verso. ff. de vsu. & ibi Bart. & Bal. in. l. si certis annis. c. de pac. c. cũ venissent. de instit. vbi Ant. de bu.

Arg. l. si nominatim, ff. l. Quæ conditio, ibi, atque conditio ad certas personas accõmodata. ff. de cõdi. & demonst.

Ezech. 34. Esaiæ. 44. et, 56. Hiere. 2. & 22. et psal. 22.

Pri. Parali. 11 et. 2. reg. 5.

Quare ex ijs facilè intelligitur, potestatem illam non coarctatam sed amplissimam extitisse. Tertiũ deniq; illud priuilegium fuit, quod ei dictum est indefinitè, oues meas. & hæ ab illis non fuere distinctæ, quo fit, vt super omnes indistinctè tradita sit hæc suprema iurisdicendi potestas. Hoc igitur *loco soli Petro supremam potestatem ac super omnes traditam esse colligimus. Quæ omnia promissioni præcedenti cõsentanea sunt, vt diximus, contra autem, vt promissionem omnibus apostolis factam, per illa verba. Quæcunq; ligaueritis, ad consciẽtiæ forum fuisse coarctatã ostendimus, ita executio quoq; ipsius sine dubio ad soluenda tantũ peccata, vel retinenda pertinet, cum eis dixerit Dñs. Quorumcunq; remiseritis &c.* Nec *quispiam contendat per illa verba, quæcunq; ligaueritis &c. non solum promissam sed etiã re ipsa in apostolos translatam fuisse potestatem, quasi vt ea nullã aliam deinceps executionẽ expectent. Quoniam cõmuniori sententiæ placuit, à qua non est dissentiendũ, verba illa solã pollicitationẽ significasse. Præterea ita illorũ quoq; proprietas cũ futuri temporis sint, expostulat, à quã recedere non solemus.* Deniq; *illa potestas eo tempore apostolis conuenire non potuisset, cum ad dignitatẽ sacerdotalem nondũ essent euecti, sine qua potestas ligandi & soluendi stare non põt, eam. n. nõ nisi in cœna* Domini *nacti fuere, per illa verba. Hæc quotiescunq; feceritis &c. Quare sine quæstione concedendũ videtur, ibi apostolis tantum promissam non etiam traditam fuisse potestatẽ, in illis autem verbis. Quorũcunq; remise-*

c. solitæ de maio. & obe.
L. si pluribus ff. de leg. 2.
Panor. in. c. trãslato de consti.

Io. 20.

Mat. 18.

L. 1. ff. de off. quæst. c. de iudiciis. 3. q. 3.
L. Non aliter. ff. de leg. 3.

Luc. 22.

ritis. huius promiſſionis executionem: quæ ad ſolũ conſcientiæ forum pertinet, contineri, eamq́ deriuatiuè à Petro, vt ſtatim oſtendetur. Præterea etiam ſi concederetur, ibi iuriſdictionẽ fori iudicialis fuiſſe conceſſam (vt nonnulli aiunt) ea tamen non abſolutè tradita eſt, ſed tantũ vt exerceri poſſet in fratrẽ incorrigibili voluntate peccantẽ: illa vero, quæ Petro & promiſſa & tributa eſt, ampliſſima intelligitur, & ad quodcũq; negocium & quaſcunq́ perſonas extenditur, vt ſupra eſt iure concluſum, cum ita et ſubiecta materia quæ plurimum eſt attendenda, & verborum proprietas, ac multæ (vt prædiximus) ratiões expoſcant. Rurſus ex eo quoq́ amplior quàm aliorum apoſtolorũ dignoſcitur eſſe Petri poteſtas, quòd ipſi ſoli, non & cæteris claues regni cœlorũ promiſſæ fuerunt. Quæ quidẽ clauium traditio vt (etiam iureconſulti ſenſerũt) Dominij translationẽ indicat. Rurſus Simon à Chriſto laudatur & beati nomine ornatur, quod alij apoſtolorũ nemini cõtigit. Super eũ quoq́ non ſuper alios ædificatur eccleſia. ac demum ei ſoli nomen fuiſſe mutatũ cognouimus, & qui Simon dicebatur vocatus eſt Petrus, à qua nominis mutatione pontificatus dignitas argui ſolet, hinc illa inoleuit conſuetudo, vt in creatione Pontificis ei nomen mutari ſoleat. Ex quibus omnibus ſequitur longè anguſtiorem fuiſſe apoſtolorũ quàm Petri poteſtatẽ: eamq́ ad iuris dicẽdi forũ non ita porrigi, vt abſolutè poſſit exerceri. Demum dicimus quòd ſi qua rõne probari queat, apoſtolorũ poteſtatẽ latius etiã patere quàm prædiximus, eam tamen non aliter cuiq́ interpretari fas eſt,

L. clauibus. ff. de cõtra. empt. & l. 3. ff. de acquiren. poſ.

Gl. in probe. c.

ꝙ vti ne propterea præiudiciũ vllum potestati, quæ prius Petro promissa fuerat, afferatur, cui iam antea soli absolutæ potestatis amplitudinẽ Christus promiserat, is autẽ primatu spoliaretur, cui alij adæquarentur. Quod inconueniens cum ab humanæ concessionis interpretatione abhorreat, quæ sine alterius præiudicio semper intelligi solet, multò magis id à Christi pollicitationũ sensu est reijciẽdũ, ne inde iniuria oriatur vnde iura nascuntur, quæ .n. procedunt à labijs eius non faciet irrita, & cœlum et terra transibunt, verba autem eius non præteribunt: cum igitur illi vni prius promissa fuisset potestatis amplitudo, non aliter possumus sequentẽ apostolorum iurisdictionẽ interpretari atq; intelligere, ꝙ vt per participationẽ quandam, & quasi deriuationẽ à Petro vt à fonte et capite in membra diffundatur; quod & Leo testatur; & huic expositioni maximè congruit: nouimus .n. soli Petro sine alijs, sed non illis sine Petro concessam fuisse potestatẽ, quasi eam absolutè ac sine aliorũ consensu exercere posset, alij verò sua iurisdictione non sine suo capite vterentur. Quare ex prædictis hac in re duo colliguntur, quæ causam nostram vel maximè adiuuant. Alterum est, quod amplissima fuerit & solius Petri potestas, aliorũ verò apostolorum angusta, & ad solũ fratrem pertinaciter peccantẽ corrigendũ pertinens. Alterũ illud est, quòd qualiscunq; illa fuerit, quæ apostolis tradita est, eam tamen non aliter ꝙ vt à Petro descendat esse intelligendã certo certius est. Quòd vtiq; corroboratur ex eo etiam quod Christus priusꝙ illa verba, Quæ-

L. 2 §. Meritò. ff. ne quid, i flum. pub. cum concord.
L. Meminerit c. vnde vi.
Psal. 88.
Matt. 24.
Marc. 13. & Lu. 21.

C. ita Dominus. 19. dist.

cunꝗ ligaueritis, proferret, solum Petrum alloquebatur dicés: Si peccauerit in te frater tuus, & quæ post hæc sequuntur. ac deinceps finito Christi sermone, Petrus solus ac ante alios respondit. Domine si peccauerit frater meus quoties dimittã ei: perinde ac si se principaliter a Christo erudiendum esse intelligeret. Ita.n. vt responsum præcedenti sermoni congruũ sit, res est exponenda. atq; hinc illud quoq; sequitur, vt etiam potestas illa qualiscunq; fuerit, quæ in ea verborum serie continetur, Petro potissimum, ad quẽ Christus præcipuè loquebatur, esse concessa videatur. Postremo Petri in alios apostolos imperium ex eo vehementer suadetur, quòd quando apostoli (ut mittam ordinem apostolatus et reliqua) tanquã oues Christi accipiuntur, fateamur necesse est, eos subiectos esse pastori, cum Christus dixerit vnum tantũ gregem, & vnicũ esse pastorem, ac nusꝗ legatur alium ꝗ solum Petrum fuisse pastorem cõstitutum, vt sæpe iam antea dictũ est. Plurimæ præterea aliæ rationes de hoc illorum verborũ, quæ Petro dicta sunt, intellectu possent præcedentibus aggregari: verùm quia qui contra nos sunt alium ex illis verbis intellectum extorquent, illumq; pertinacia magis quàm ratione defendũt, operæprecium est, vt quàm diligentissimè perscrutemur vter istorum sensuum, in quibus adeo dissentimus, sit iure præferendus. Verùm illud hoc loco ante omnia præmittendum, ac inconcussa fide tenendum puto, quod sine diuinæ prouidentiæ contemptu in dubium reuocari non potest, Christi ecclesiã fuisse summo ordine institutam. nam si ordinem auferas, re-

Luc. 17.

L. vt cógruũ. c. de transact.

Io. 10.

rum omnium perturbatio atq; confusio oriatur, necesse est. Quod si sequatur tota ecclesiæ ædificatio destruetur, cum è confusione diuisio nascatur, & à diuisione destructio. omne.n.regnum in se diuisum desolabitur, & domus supra domum cadet. Hinc videmus humanis quoq; constitutionibus, quæ longè sunt diuinis imperfectiores, ordinem semper fuisse cõmendatũ: atq; in eisdem traditum esse, vbi multitudo est, ibi nihil honestum esse posse. Hoc ita posito ac præfixo, consequens est, vt necesse sit confiteri, vnũ in ecclesia esse oportere, cuius sententiæ sit parendũ: nam teste Salomone, vbi non est gubernator, populus corruet. Ita.n.omnis contentio ac disceptatio sine exitu futura esset ob naturalẽ hominũ, vt iurisconsultus ait, ad dissentiendũ facilitatem. Nam si vnicuiq; liceret secundũ proprium ipsius sensum euangelica exponere documenta, tum iam non vnam ecclesiã, non vnam fidem, sed plures haberemus: cum quot sunt capita tot dissidentes sententiæ sint. constat autẽ hoc citra hæresim dici non posse, cum Christus dicat, vnum sumus ego & pater. Et vnitatem de diuina authoritate venientem insinuet, ad quã vt ecclesiã quoq; suam redigeret, rursus ait. Et erunt vnus grex & vnus pastor. Quod & sacro veteris testamenti testimonio confirmatur, cum scriptum sit: Seruus meus Dauid rex erit super eos & pastor erit vnus omnium illorũ. Hoc idem sensere etiam, qui naturæ arcana scrutati sunt, vno ore affirmantes principem vnum esse oportere. Quin & animalia ratione carentia, & quæ solo naturæ ducuntur instinctu hoc ipsum

Luc. 11.

§. si quis aũt. i aut. de hære. et fal. i auc. de referend. §. pen.

Prouerb. 11.

L. item si vnus § pen. ff. de arbitr.

Cõtra art. vnã sctãm, & Pau. ad ephe. 4. & c. primũ. § vna de sum. trin. C. 1. 22. dist.

Io. 10.

Ezech. 37.

Metaph. 12.

Hier. ad Rusticũ monachũ, & relatũ est in. c. i apibus. 7. q. 1

apertissimè prodiderunt: cum videamus & apes & grues vnū sequi, ac ei soli parere. Hoc deniq; & grues iureconsulti duce experientia tradiderunt, testantes necesse fuisse reipublicæ per vnum consuli. Quapropter eadem ratione ductus apostolus in proposita re huiuscemodi sententiā explicauit. id ipsum dicatis omnes & non sint in vobis schismata. Patet autem hoc illius præceptum satis impleri nunquā posse ob nimiam dissentiendi frequentiam, nisi vnus haberetur, qui vniuersæ præesset ecclesiæ. Huc accedit, quòd si parendum est eidem apostolo præcipienti hæreticum hominē post primā & secundā correctionem esse vitandum, fateamur necesse est, vnū supremum iudicium in ecclesia Dei esse oportere, à quo & quid tenendum & quid reijciendum sit præcipiatur: et à quo, ij omnes, qui vel reprobum vel noxium sensum extorquent, aut si errant in viam reuocari possint, aut si pertinaci malitia peccant, plena libertate castigari ac planè coerceri: alioqui nunquā satis posset intelligi qui nam essent quasi hæretici vitandi, nec apostoli præcepto parere possimus etiā si maximè vellemus. Quæ cum ita sint, aut ad singulos ecclesiarum antistites, aut ad vniuersalem ecclesiam, aut ad vnū solum tota hæc iurisdictio pertinet. Si ad singulos eam spectare dicimus, hoc in ijs, quæ iam decisa sunt, locū habere posset: sed in dubijs nuper in lucem emergentibus, minime: Diuersi. n. antistites possent dissidentes in fide sentētias proferre, atq; ita ecclesiam funditus euertere. Si verò ad vniuersalem ecclesiam dixeris pertinere, illud statim respondeo, si

L. 2. §. nouissimè. ff. de orig. iur.

Ad Ephe. 4. & ad Corin. 1.

Thomas in. 2a 2æ. q. 1. ar. 10.

Ad Tit. 3. et in c. dixit apostol. 24. q. 3.

pro quacunq; noua & praua cuiuscunq; interpretatione totã semper ecclesiã voluerimus, id nec fieri posse, nec si maximè fieri queat, aut decorum, aut vtile futurum. Præterea cum huiuscemodi collectio difficillima sit, & longi temporis mora indigeat, possent interim infœlices multorum errantiũ animæ periclitari. Possent etiam eorũ suffragia, quibus iudicandi cura esset, nonunquã paria reperiri, & res indecisæ derelinqui. Quæ omnia vt à veritate ipsa, ita ab omni prorsus ratione abhorrent: ita.n. non bene à Christo opt. max. iussisset fidelium suorum saluti consultum. Quid igitur est reliquum? nisi vt omnes vno animo sentiamus, & vna voce fateamur non modo licere, sed etiam oportere, ac planè necessarium esse, vnum in ecclesia Dei esse, qui hac suprema ditione fungatur. Quare iam liquet vnum supremum iudicem in ecclesia Dei esse oportere. Et si vnum concedimus, dicant quæso isti, quis vel iustius vel honestius hac potestate fungatur quàm Romanus antistes? Petri successor, atq; ideo Christi Vicarius? Quis diutius sit hac iurisdictione vsus? Quis ille sit, in quem magis exteræ quoq; nationes semper consenserint? ac deniq; vtrum congruentius sit, vt vel ille alterius subiaceat potestati, vel cæteri illius? Si quem alium supremum iudicem esse volunt, illum proferant. Profecto nullum alium vnquã afferre poterunt, quem illi iure præferant: Quoniam contra veritatem nitimur frustra. Veritas.n. omnia vincit, ac veritati semper locum fore non incogniti iuris est. Si verò nemo alius iure inuenitur, cui hæc iurisdictio congruat, ergo sine

Thom. i. 2. 2. q. 1. art. 10. la tè Io. de lig. in tract. de cẽsur. eccles. §. 4. & est tex. i extr. vnam sctãm de maio. & obed. c. fi. 11. dist.

c. consuetudo. 8. dist. L. fi. ff. de probat.

quæstione

quæstione concedendum est, hunc, qui per excellentiã quandam iam multis sæculis Papa dicitur, summũ esse omniũ & maximũ. Verùm dicet aliquis fortasse, hoc quoq; solius papæ iudicium à veritate posse deflectere, & propterea ne fides nostra tanto discrimini obnoxia sit, minime licere, hunc vnũ suprema hac iurisdictione potiri. Ego verò contra constanter affirmo, impiũ nec satis Christianum esse eũ, qui credat pontificem ibi errare posse, vbi vt pontifex & Petri successor ac Christi Vicarius (vt interim priuatas, vt ita dixerim, illius opiniones omittam) aliquid statuit atq; decernit: cum sciamus à Christo ipso, qui semper exaudiri meritus est, fusas fuisse ad patrem preces ne Petri fides deficeret. Hac eadem de re & Hieronymũ constat non dubitasse, qui ad Damasum scribens fidem suam illius censuræ supposuit. Idq; non quòd is Damasus esset, sed quòd Petri sedem ac fidem tenebat: quem si errare posse sensisset, nunquam vir ille sanctissimus conscientiæ suæ rationẽ solius papæ arbitrio tam intrepidè subiecisset. Rursusq; illud etiam apertius explanauit, cũ ibi paulopost declarauerit, vnũquemq; hæresis reũ esse, qui deuium aliquid à Romani Pontificis sententia protulisset. Præterea illud quoq; experientia rerum magistra patefecit. nunq̃.n. memini me legere aliquem fuisse pontificem, qui authoritate suæ sedis vel iudicando vel leges condendo quicquàm hæreticum sanxerit: id quod sanè in tot sæculis, & in tot pontificibus alioqui impijs ac sceleftis non potuit nisi diuinitus contigisse. Quis igitur omniũ mortalium non intelligit:

Tho. i. 2. 2 q. 11. arti. 2. & c. ita dñs. 19. dist. c. Quàuis 21. dist. c. fin. 25. q. 1. cum concor.

Gaieta. in trac. de auth. pa. & cõcil. comp. & Card. Iac. in trac. de concil. hoc idẽ sentiunt distinguẽtes iudiciũ Papæ vtĩ papæ ab eius iudicio personali.

Rõ Inno. iii. in c. Maiores, de bapt.

Hier. ĩ epist. ad Damasum, & habetur in. c. Hæc est fides. 24. q. 1.

§. Quæ oĩa inst. de satisd. c. Quã sit de elec. in. 6.

Romanum antiſtitem eũ eſſe, cui ſumma hæc iuriſdictio tradita eſt. Et ſi id conceditur (quod ita re uera eſt) tota hæc iam expedita eſt quæſtio & deciſa. Præterea ſi is ſolus iudex eſt ſupremus, ut ex prædictis colligitur, diſſenſio noſtra de illorum uerborũ, quæ Petro dicta ſunt, intellectu iam definita eſt: cum infinitæ propè conſtitutiones hoc ipſum declarantes à ſummis pontificibus æditæ ſint. Velle autem de iudicio principis diſputare, nedum contradicere, ſacrilegium eſt.

c. ſolitæ de ma. & ob. c. per venerabilẽ, qui fi. ſint leg. cũ ſi.

Quòd ſi pontificum tanquam iudicium ſanctiones recuſant, eorum ſaltem tanquam teſtium fidedignorũ dicta nõ reſpuant: ac illorũ præcipue, quorũ uita, & moribus & doctrina fuit illuſtris, atque obiter iam num videamus, quo hæc uerba intellectu iam inde ab initio naſcentis eccleſiæ uſque in hodiernũ diem ſemper accepta ſint. Quid antiqui patres ſenſerint. Quid concilia ipſa tradiderint. Quid denique uetuſtiſſima approbauerit conſuetudo: quoniam minimè ſunt mutanda, quæ certam interpretationẽ à conſuetudine habuerunt. legislatores. n. conſtituerunt ea eſſe potiſſimum obſeruanda, quæ uel iudiciorum frequentiſſimus ordo exercuit, uel longa conſuetudo comprobauit. atque id ius, quod diuturnis moribus eſt confirmatũ, ius optimum cenſeri atque appellari uoluerunt. Verùm ubi has omnes tanti ponderis authoritates nobis conſentire docuerimus, neminem ſanæ mentis ab hoc intellectu diſſenſurum puto. is. n. prorſus ab hominum cõmunione eſſet ablegandus, qui nec tot rationibus, nec tot iudicum ſententijs, nec tot teſtium numero ac dignitati: neque tantæ inueterati uſus authoritati quicquam

L. 2. c. de cri. ſacri. Inn. in. c. x 3. ex ſuſcepto de for. cõp. & eſt tex. ĩ. c. Nemini. 17. q. 4.

L. Minimè. ff. de legi. l. 1. §. nulla itaque. c. de vet. iur. enu. L. 1. cũ glo. c. de vſur.

deserret, cum nullo alio modo, ijs exceptis, pertinacia possit humana conuinci. Hinc Augustinus ait, Palàm esse, quòd in re dubia ad certitudinem authoritas ecclesiæ valeat, quæ ab ipsis fundatissimis apostolorum sedibus vsque in hodiernum diem succedentium sibimet & episcoporũ serie & populorũ consensione firmatur. Hoc idem & Hieronymus testatur dicens, traditiones ecclesiasticas ita esse obseruandas, vt à maioribus traditæ sunt. Iam nunc igitur demonstrabimus verba hæc, de quibus agitur, ab ecclesiæ orientis initio, & deinceps semper fuisse ita, vt nos dicimus, intellecta. Et quò res planius accipiatur, triplex testium genus adducemus. Primum erit summorum pontificum, qui in primitiua (vt loquimur) ecclesia claruerunt: & eruditione pariter ac vitæ sanctitate ornatissimi fuere. Et si contra eos, quòd in causa propria testimonium dicere videantur, opponeretur exceptio, respondemus eorum dicta à concilijs, in quibus vniuersalis esse censetur ecclesia, fuisse approbata, quo fit, vt quod semel placuit amplius displicere non possit, aut debeat. omnes præterea exceptiones, quæ quocunque modo illorũ fidem obscurare possent, suo loco opportunè confutabuntur. Numerus & dignitas, ac vitæ probitas, atque aliæ validissimæ coniecturæ ita eorum fidem supplebunt, vt omniũ consensu videri debeant omni exceptione maiores Secundũ testium genus, eorum patrũ erit, quorum vita irrepræhensibilis est, & quibus quòd in propria causa sint, opponi non potest: vt cum viderimus omnes in eandem adduci sententiã, ideoque earũdem rerum testes esse:

Aug. in lib. contra Manich. & i.c. Palam. 11 distin.

Hier. ad Lucianum, & in. c. illud. 12. dist.

L. Oĩbus. c. de test. cum simil.

c. Quod semel, de reg. iur. in. 6.

L. 3. & ibi Iac. But. & Flo. ff. de test. Alex. i consi. 4. & in consi. 237. in 6. vol. & in cõsil. 57. in. 7. volu.

L. Quisnĩam. & ibi Bald. c. de sent. pas.

facilè intelligamus minimè credendũ esse, tot integerrimos viros, qui diuersis temporibus floruere, falsum testimoniũ dicere voluisse. Alter.n.alterius fidem supplere solet. Postremo conciliorum loca, à quibus nefas est discedere, citabuntur: atq; hinc consequenter intelligetur, hoc idem esse diuturnis moribus confirmatũ. Quibus probatis nihil amplius supererit, quod ad rei probationem satis esse leges ostenderint.

Bal.in.l. 2. c. de bon.pos.sec. tab.

c. A recta. 24. q. 1.

In epist.

Ad rem igitur ipsam iam aggredientes, dicimus Anacletum, qui à beato Petro ad dignitatem sacerdotalem fuit euectus, et qui vitæ erat inculpatæ, tradidisse maiores ac difficiliores ecclesiæ causas, ac episcoporum, & maiorũ iudicia ad sedem esse apostolicam referenda, super quã Christus vniuersam construxit ecclesiam, dicente ipso ad beatum apostolorũ principem Petrum. Tu es Petrus &c. Demum ait apostolos quoq; ipsos iussu Domini præcedẽte ita statuisse. Hæc ex Anacleto. Ex quibus facilè colligimus, Petrum fuisse apostolorum principem, proptereaq; ad ipsius sedem maiora esse iudicia referenda, idq; adeo vi horum verborũ, de quibus inter nos est dissensio. Quali autem & quanta fide sit dignus hic testis, prætermittam, & simul cũ iure consulto dicam. Tu magis scire potes, quanta fides sit habẽda testibus. Ipse idẽ alibi quoq; rursus Petrum apostolorũ principem appellat, atq; Romanã ecclesiã, non ab apostolis sed ab ipso seruatore nostro primatum ac eminentiam potestatis super vniuersas ecclesias, & totum Christiani populi gregẽ accepisse. ipse.n. beato Petro dixit. Tu es Petrus, &c. Quodcũq; ligaueris etc. Ecce quo

L. 3. ff. de test.

In epist. 3.

intellectu iam inde ab initio nascentis ecclesiæ hæc verba fuerint accepta. Arrigant oro aures hic, qui parem aiunt fuisse apostolorum omnium potestatē, quiq; Romani præsulis imperium impudenti audacia conuellere non verentur.

Sixtus primus, quem martyrij corona fecit insignem, se vniuersalem vocat episcopū, asseritq; ad sedem suam primatū, et episcoporū apicē pertinere, et ui supremæ istius authoritatis præcipit nōnulla sub pœnis & censuris cōmuniter obseruāda, atq; ita non tantū verbis sed & re ipsa. non. n. aliter mens hominum melius declaratur, probat suum esse in Dei *ecclesia principatū: cuius potestate in edictis suis constanter vtitur.* In epist. 2. L. Paulus non tantū. ff. rē ra. ha. c. Gratū, cū gl. de off. deleg.

Pius primus uir longè integerrimus inquit, Christū apostolicā sedē illam omniū ecclesiarū caput esse præcepisse, cū principi apostolorū Petro, *dixit.* Tu es Petrus etc. Tibi dabo etc. Quod *cūq; ligaueris etc. Hic quæso animū intendant illi, qui alium ex his verbis sensum extorquere conātur, videantq; quid sanctissimi patres de hoc primatu senserint tpibus illis, quibus* Xpi *et apostolorū traditiones recenti adhuc memoria tenebātur, et deposita ista rerū nouarū iniusta cupiditate considerēt, q̄ cōstāter* Petrū *semp̄ vno ore oēs apostolorū principē appellarint.* In epist. 1.

Anicetus *papa et martyr, ad omnes* Galliæ *episcopos scribēs, qui eū in re ardua consuluerant, attestatur, omnia episcoporū iudicia ad suam sedem esse referenda.* Ex quibus *facile colligimus, nec verisimile esse talem ac tantum virum sibi potestatem, quæ iure optimo sua non esset, vendicare voluisse, nec illos tam remotæ ac tam nobilis prouinciæ patres fuisse ab* In epist. 1. Ita arguit tex. in. c. Lugdunensis. 9. q. 2. & i c. omnis, qui. 7. q. 1.

Arg. l. Non est verisimile. ff. quod met. cau. et. c. quia verisimile de praesum. i epist. 2.

eo tanquam à capite iudicia petituros, nisi è diuinis traditionibus id ita faciendum esse accepissent.

Sother inculpatæ vitæ vir, &. X. à Petro, nonnulla vniuersaliter ab omnibus obseruanda palam edicit, idque illius suæ hoc est Romanæ sedis authoritate. Ex quo se cunctis præesse non dubitauit, cum magis re ipsa quàm verbis voluntas hominum exprimatur.

c. Gratū, cū ibi not. de of. dele. In epist. ad Galliæ prouincias. Accedit tex. in c. Quāuis liceat. 3. q. 6.

Eleutherius. XI. Papa post Petrū, ad Galliæ prouincias scribens ita inquit. De accusationibus ergo clericorū, super quibus consulti sumus, quia omnes eorū accusationes ad sedem hanc deferre difficillimū foret, finitiua episcoporū iudicia huc tantum deferantur, vt huius sedis terminentur authoritate, sicut ab apostolis & eorū successoribus multorū consensu episcoporum iam diffinitū est. Ecce quemadmodū primatus Romani Pontificis in prima illa ecclesia omniū sententia sit confirmatus. Ecce quēadmodū externæ prouinciæ episcopi, ad eum, vt omnium summum & maximū suprema iudicia deferebant, vt & supra vidimus, quod vtique non fecissent si se illi pares esse (vt aduersarij aiunt) existimassent. Nemo enim tam supinus ac vecors esse censetur, vt iuri suo renunciare vltro velit, & maximè si is est, quem incredibile sit in aliquo facilè errasse.

Arg. l. cū de indebito. ff. de probat.

Victor. XII. à Petro in primis se non Romanæ tantum sed vniuersalis ecclesiæ episcopū nuncupauit, deinde ait, sua authoritate non accedente res arduas, & episcoporū causas diffiniri non posse: & hoc liquere dicit, idque & temporibus aposto

In epist. prima ad Theophilū.

lorum & deinceps semper placuisse: cum beato Petro, non ab alio quàm ab ipso dictum sit Domino. Quodcunque ligaueris &c. Nescio profecto quo nam tandem modo horum verborum intellectus, quem nos adducimus, vel nouus vel obscurus adhuc videri cuique possit, cum vetustissimi illi, pariter & sanctissimi patres vna voce consentiant, liquere ab apostolis ipsis, & eorum successoribus ita illa fuisse semper intellecta: sed iam alios quoque audiamus.

Zepherinus. XIII. Pontifex à Petro, ad omnes episcopos Siciliæ scribens ait, se diuina gratia ad fastigium sacerdotale euectum fuisse, vt in quadam sacerdotum specula positus prohibeat illicita, & sequenda præcipiat, & iudicia episcoporum, ac maiores ecclesiæ causas non ab alia quàm ab illa apostolica sede esse diffiniendas, sicut apostoli, et eorum successores tradiderunt. Quia & si in alios episcopos dictæ causæ quandoque transferantur, tamen beato Petro dictum fuit. Quodcunque ligaueris &c. ac illius sedi tantum multa priuilegia concessa fuere, rursusque attestatur apostolos, ac deinceps alios ita sensisse. Quibusnam maioribus quàm his authoritatibus vnquam posset illorum sensus verborum illustrari: cum omnes in eandem rei sententiam adducantur.

In epist. prima accedit text. in c. ad Romanã 2. q. 6.

L. Quisniam, vbi Bald. c. de senten. pas.

Calixtus Primus Zepherini successor, qui martyrij gloria fuit illustris, inquit nemini dubium esse, quin apostolica ecclesia omnium sit mater ecclesiarum à cuius regulis nefas est declinare: nam vt Dei filius venit facere voluntatem patris sui, ita æquum esse ait, vt fideles quoque matris suæ impleat volun

In epis. decret. accedit text. in c. Non decet. 12. dist.

tatem, quæ mater ecclesia est, & caput eius Romana sedes. Adiecitq; se illius nomine vniuersali præesse ecclesiæ, cuius glorificata fuit confessio. Videtis ne vt ob præcipuam Petri confessioné, præcipuam quoq; nactú se potestaté profiteatur. Antherus papa et martyr, cum eum Beticæ & Toletanæ prouinciæ patres super mutatione episcoporum consuluissent, eis quid in re tam ardua fieri oporteret, sua authoritate præscripsit. Et paulopost ait. Facta subditorum iudicantur à nobis, nostra verò iudicat Deus. Ecce q̃ apertè & quanta fiducia hi tot & tam gloriosi martyres ad se primatum hunc pertinere semp̃ affirmarint? & quomodo ad eos episcopi in longinquis partibus commorantes arduarum causarum semper iudicia detulerint?

c. Facta. 9. q. 3

In epi. 1. et. 2. Fabianus. XVIII. à Petro, & martyr hoc idem sentiens ait, sibi cunctarum curã esse cõmissam ecclesiarum, & sedé suã esse matrem aliarum, & hac nisus authoritate, nonnulla iubet esse ab omnibus obseruanda. Quæ omnia nisi iure permittente tantus martyr ausus vnquã facere proculdubio nõ fuisset eius enim qui bonus existimatus est, affirmationi creditur. Pudet equidem tot testium numero fatigare lectorem, cum tanta rerum & verborum similitudo fastidium pariat: sed eos mihi veniam daturos spero, qui intelligunt impiorum hominum pertinaciam alio melius modo non potuisse conuinci.

Arg. L. Nõ oĩs §. à Barbaris ff. de re mil. & l. de minore. §. tormenta. ff. de quæst.

In epist. decretali. Lucius martyr à Galliæ & Hispaniæ episcopis requisitus nonnulla, quæ ab omnibus custodiantur, apostolica authori-

tate

tate præcepit. Quo fit vt tam à petito quam ab impartito iudicio primatus iste ostendatur.

Sixtus. II. qui & ipse fidei Zelo martyrii supplicia contempsit, affirmat se vniuersali ecclesiæ præsidere, & ad sedem suam causas episcoporum spectare: atque adeo nihil dubitat, quin affirmet id ex traditionibus apostolorum liquere, propterea quòd. B. Petro non ab alio quam ab ipso dictum fuit Domino. Quodcunque ligaueris, & reliqua. Ecce quam continuato omniũ consensu principatus papæ fuerit ab his verbis semper ita intellectis acceptus. In epist. 1.

Fœlix, qui martyrij corona fuit donatus, huius amplissimæ ui potestatis præcipit, quemadmodũ gubernanda sint episcoporum iudicia. Alibique inquit. Semper dubia & maiora negocia finem, ac terminum à Romana sede accipere consueuisse, idque à tempore apostolorum citra fuisse seruatum. En testimonium martyris, qui cum tot alijs præcedentibus testatur, primatũ hunc fuisse ab apostolis, ac deinceps perpetua veneratione obseruatum. Ad quam sententiã Gaius martyr, & omni veneratione dignissimus accessit. Sed quid alij de hoc ipso tradiderint prosequamur. In epist. decretali. In epist. 3. In epist. decretali ad Fœlicẽ episcopum.

Marcellus, qui pro fide grauissimas à Maxentio Augusto vexationes sustinuit, ac tandem fuit martyrio coronatus, ait beatum Petrum factum fuisse totius ecclesiæ caput, cum ei dictum fuerit. Tu es Petrus, & reliqua. Ideoque ab illius sedis suæ institutis minimè recedere licere, ad quã cuncta maiora negocia iussa sunt referri: atque ita apostolos etiam Do- In epist. 1. decretali.

Accedit tex. in c. ad Romanā. 2. q. 6.

mino annuente constituisse. Aduertant hic, qui noua & contentiosa quadam sapientia freti, verba dicta Petro aliter, q̄ nos interpretantur.

In epist. decre.

Eusebius Papa fuit ab episcopis Galliæ rogatus, vt ex animi sui sententia explicaret, quid de conuersis hæreticis fieri oporteret. Et ita illi ad eum fidei causam tanquam ad suum iudicē detulerunt. Ille idem alibi ait, se propter ecclesiæ Romanæ priuilegia vniuersalem curam suscepisse, vi cuius præcipit, quid de conuersis hæreticis esset seruandum. Præcipere autem soli conuenit superiori, quod isti vel non intelligunt, vel certè se intelligere dissimulant.

In epist. ad episcopos Tusciæ.

In. 1. epist. decret.

Nunc Melchiadem quæso auditæ, qui. XXX. fuit à Petro. is. n. ad Cretas & ad episcopos Hispaniæ scribens, sic ait. Episcopos nolite iudicare absq; huius sedis authoritate. Quod si feceritis, irrita erunt iudicia vestra, & vos cōdemnabimini. hoc. n. priuilegium huic sanctæ sedi à temporibus apostolorum statutum est seruari, quod illæsum manet vsq; in hodiernum diem, idq; Dominus voce sua. B. clauigero Petro tantum cōmisit, quod eius iustæ prærogatiuum succrescit sedi, futuris hæreditandum temporibus. Quoniā & inter apostolos fuit quædam discretio potestatis, et licet cunctorum par foret electio. B. tamen Petro concessum est, vt cæteris præemineret, quod Dei ordinatione ita credimus esse constitutum, vt semper maiores causæ & potiorum curæ negociorum ad vnam beati principis apostolorum Petri sedē confluerent, vt inde suscipiant finem iudiciorum, vnde acce-

perunt initium institutionũ, ne quandoq; à suo capite discreparent. Hæc ille. Nescio an apertius testimoniũ afferri posset contra istos, qui parem omnium apostolorũ fuisse potestatẽ affirmant: cum contrarium iam inde à tempore apostolorũ, et traditum, & obseruatum fuisse intelligamus.

Iulius primus ad orientales episcopos scribens asserit, maiores causas esse ad Romanã sedem referendas, maioresq; à minoribus iudicari non posse, & ipsam omnibus esse prælatam ecclesijs, quæ non modo canonum & sanctorũ patrum decretis, sed Dei voce singularem obtinuit principatum. Tu es, inquit, Petrus etc. Ex quibus facilè intelligitur, quomodo verba dicta Petro fuerint semper intellecta & exposita.

In epist. 1. & ĩ epis. cõtra. oriẽtales episcopos pro Athanasio accedit. c. Dudum. 3. q. 6.

Sentio in hoc testium genere moderandum mihi esse iam orationi meæ, fugiendamq; lectorum satietatem. vereor. n. ne aut eis molestus sim, aut ne ingenijs eorum videar diffidere, si de tam perspicuis rebus diutius disseram. Quid est. n. quod quisquã possit manifestius ijs, quæ iam attulimus, desiderare? Non dubito quin, quod ad testimonia pontificũ attinet, ita hactenus satisfecerim, vt plura vel afferre, vel desiderare, superfluum magis q̃ vtile videatur. Verũtamen progrediar longius, non me hercule quo magis hoc persuadeatur, q̃ persuasum esse confido: sed vt ij, qui contra nos sunt, aliquando impudentiæ suæ finem faciant. Ea igitur, quæ polliciti sumus, ita cumulate exhibeamus, vt apertissimè constet, verba euangelica ita ab initio ac deinceps semper fuisse intellecta, vt ex eis Papæ suprema iurisdicendi, potestas eliciatur: eosq; à vero

valde aberrare, qui nouum conantur inde extorquere intellectum. Dicimus ergo ad prædictorum patrum sententiã alios quoq; innumeros accessisse, ex quibus si nõnullos adhuc adiecero, ac prudentioribus in hac tanta authoritatum similitudine nimius fuero visus (vt iure iam videri possum) id non tam mihi adscribant, qui tribus aut quatuor testibus contentus nihil vltra quærendum putaram, quàm istorum improbitati, qui veritatem adeo pertinaciter impugnãt, vt nihil putent verum, nisi quod ipsi comminiscuntur. Addam ergo superioribus Fœlicem. II. qui martyrij tormenta pro Christi fide non horruit.

In epist. 1. Is. n. cum ad Athanasium, & alios Aegyptios episcopos scriberet, consentiente illi synodo tunc Romæ congregata, multa protulit, quæ mirum in modum Romani antistitis potestatem super omnes extollunt. Deinde cum de illorum causis ageretur, ita inquit, Christus solummodo huic sanctæ sedi hæc facere cõmisit, vtpote quoniam solus atq; præ omnibus Petrus apostolorum princeps creditus est, atq; percipere meruit à Rege Regum Deo claues regni cœlorum. Hæc ibi. Ecce tibi quid claues significent, & quanti ponderis esse intelligantur, & q̃ illustre sit hoc in negocio tanti martyris testimonium, cui tota Romana illa synodus consensit. affirmatum n. est solummodo Romanæ sedi hæc priuilegia esse tributa: ergo nec olim omnium par fuit potestas apostolorũ, nec hodie epõrum. Addã etiam Damasum, qui ad Stephanum & ad tria scribens concilia Africana, sic ait. Scitis fratres charissimi firmamentum à Deo fixum, & immobile apostolicam sedem

esse constitutam, & verticem ecclesiarũ. Tu es.n. (sicut diuinũ pronunciat verbum) Petrus, & super firmamentũ tuũ ecclesiæ colũnæ, qui episcopi intelliguntur, confirmatæ sunt, & tibi claues regni cœlorũ cõmisi, atq; ligare, & soluere, potestatem dedi. Tu prophanorũ hominum ac discipulorũ meorum existis & princeps, & doctor orthodoxæ fidei, cuius vice gratia Dei pro Christo hodie legatione fungimur. Hæc ille. Ex quibus colligitur, quem sensum verba dicta Petro semper apud eruditos habuerint. ait.n. Damasus. scitis fratres, & reliqua, perinde quasi de hoc primatu loquens, rem omnibus notissimã affirmet. Audi eundem, qui episcopos Italiæ alloquens prohibet in toto terrarũ orbe accusationes patrũ absq; legitimo accusatore suscipi. Sed quis est hic adeò stultus qui toti terrarũ orbi imperet? Si caret huiusmodi authoritate, is profecto omnium demẽtissimus foret, qui eam non habens potestatẽ, tam latè & tam audacter omnibus imperaret. Hæc autẽ tam absurda, et tam ridicula, de prudentissimis patribus, & omni veneratione dignissimis dicenda nõ sunt. Sequitur ergo contrarium esse facilè concedendũ, eos scilicet eam, qua vsi sunt, habuisse potestatem.

In epist. 6.

Arg. l. Nõ oẽs §. à barbaris. ff. de re mili. et c. Nisi essent, & ibi doct. de præbeñ. Ita arguit tex. ĩ. c. Lugdunẽsis 9. q. 2. & ĩ. c. oĩs qui. 7. q. 1.

Anastasius ad omnes Germaniæ & Burgundiæ episcopos, qui eũ consuluerant, rescribens ait. Exigit dilectio vestra charissimi, vt huius sedis authoritate vestris consultis respondeamus. Et paulopost. Denuo si necesse fuerit, ob has, vel alias necessitates, ad hanc sedẽ tanq; ad caput mittere non dubitetis, quia preces vestras, & nunc, & tunc acceptas habemus:

In epist. 1. decretali.

Hæc ille. Ecce vt nō modo pontifices semp ꝑ sedē suā aliarum caput esse consenserint, sed etiā semper fuerit consuetudo, vt episcopi in remotis terrarū partibus existentes à Papa, tanq̃ à principe dubiorum orientium diffinitiones peterent. Idq; non (vt isti aiunt) ad habendū consiliū tantūmodo ob copiam peritorum, qui in ecclesia Romana esse consueuerunt, sed ob illius sedis authoritatē, vt ex hoc & alijs locis propemodum infinitis colligitur.

c.si. 11. dist.

In epist. 1. accedit, c. si. 11. di. Innocentius Primus ad Decentiū scribens, appellat Petrū apostolorū principem, aitq; ecclesiæ Romanæ traditum esse, vt quicquid ab ea præcipitur omnino sit custodiendū, addit etiā illos errore duci, qui opinantur, alterius ecclesiæ, q̃ Romanæ consuetudinem esse sequendā. Idem ad Fœlicem episcopū ait.

In epist. 44 Mirari non possumus, te sequi maiorū instituta, omniaq; de quibus dubitari contingit, ad nos tanquàm ad caput, atq; apicē episcoporū deferre, vt consulta sedes apostolica certum aliquid faciendū pronunciet, quod & nos libenter accipimus &c.

Hæc ibi. Videtis ne tandē semper à papa, velut ab apice, & capite, decisiones dubiorū petitas, ac redditas? omnes certè ita à veteribus obseruatum fuisse testantur. Soli vos post tot sæcula inuenti estis, qui negare id audeatis.

In rescripto ad Chartaginēse cōciliū, & in epistō. 25. Idem Innocentius ad Chartaginense conciliū rescribens, patres illos miris laudibus extollit, quoniā sequentes maiorū decreta, noluerunt negocia fidei, inconsulto Romano pontifice diffinire, à quo ecclesiæ omnes normā recipere consueuerunt. Idem

In epist. 26. similiter ad Mileuitanū conciliū rescribens, illos episcopos val-

de cõmendat, quòd in rebus fidei, Romanam sedẽ consuluisſent, à qua velut à fonte omniũ ecclesiarũ regulæ semp̃ emanare cõsueuerunt: præsertim quoties ratio fidei vẽtilatur, etc. Nunquid credendũ est patres illos, qui quotidie zelo fidei maximos labores perferebant, voluisse vel ei, cuius non erat, primatum in ecclesia Dei deferre? vel pati à pontificibus Romanis sibi tantã iniustè arrogari potestatem? absit. Quoniam vt Philosophus ait, vera omnia consonant, falsa autem cito dissonant. Et illa omnia (vt vulgata extat apud iureconsultos sententia) quæ distant à verisimili habent imaginẽ falsitatis. Leo ille sanctissimus, cuius mirabilia gesta nemo est, qui nesciat, asserit, se diuinis præceptis, & apostolicis monitis, omnium habere curam ecclesiarũ, atq; sibi datũ esse reuocare quæ noxia sunt, ac repræhensione digna, monente diuinæ vocis imperio, quo. B. Petro trina voce tribuitur, vt Christi oues pascat. Deinde verò suprema hac fretus authoritate præcipit, vt mandata sedis apostolicæ inuiolabiliter obseruentur. Vides quemadmodum à sanctis patribus verba dicta Petro, vt et nos sentimus, vniformiter exponantur? Vides vt pontifices illi, qui nihil vnq̃ nisi iustè & grauissimè egerunt, summa hac vsi fuerint potestate? Nemo igitur hoc amplius negare audeat, nisi, qui eò vecordiæ processit, vt Leonem, Leonem inquam illum, qui tot ac tanta pro ecclesia Dei sustinuit, vel suæ potestatis inscium vel inanis gloriæ auidũ existimet. Quod quia stultum est non modo dicere, sed vel cogitare: eundem illum alijs in locis hæc eadẽ plena fiducia loquentem

c. Quotiens. 24. q. 1.

Bal. in. l. 1. c. de ser. fug.

In epist. 4.

In epist. 5.

audiamus. Dorum enim episcopū Beneuentanū redarguens ait in hunc ferè modū. Miramur te, quē authoritatū apostolicæ sedis obseruantissimū esse conuenerat, tam negligenter, ac potius insolenter egisse, vt traditarum tibi legum non custos, sed transgressor existeres. Hæc ille. Euigilent hic qui ab apostolica sede nuda tantum consilia, non autem leges aiunt prouenire consueuisse.

In epist. 8. et relatum est in c. ita Dominus. 19. dist.

Ille idem ad episcopos Viēnensis prouinciæ ita scripsit. Dominus ita principaliter in Petro omnium apostolorū summo potestatē collocauit, vt ab ipso quasi à quodā capite dona sua in corpus omne diffunderet. Et ibi paulo post inquit, veterùm esse consuetudinem, vt à Romana sede pro diuersarum appellatione causarum vel retractentur iudicia vel confirmentur. Petroq́ præ cæteris ligandi & soluendi fuisse traditam potestatem, ac illi pascendarum ouium curā ita specialius fuisse mandatū, vt quisquis ei principatū denegat, non illi minuat dignitatem, sed semetipsum superbia tumidum in inferna demergat. Hucusq́ ille. Qui igitur vel papæ primatum adimunt, vel hanc fuisse antiquorū patrū consuetudinem negant, vel parem aiunt fuisse apostolorum omniū potestatem, hunc virū fidedignissimum, post tot illos, quorum testimonia citauimus, & V. concilium Constantinopolitanum, à quo fuerunt omnes Leonis epistolæ approbatæ, redarguant: vel quia iure id facere non possunt, errorem suum agnoscant, & in rectam viam vel sero redeant.

In tomo Gelasii.

Gelasius loquens de anathematis uinculo ait, totū in apostolicæ

sedis

sedis ita esse positũ authoritate, vt quæ ipsa præcipit robur habeant, quæ verò prohibet, irrita sint. Idem ad Faustũ scribens inquit omnes ab apostolica sede iudicari posse, ipsam verò ab alijs non posse. Deinde subiungit. Non veremur fore vt apostolica sentẽtia resoluatur, quã & vox Christi et maiorũ traditio, & canonum fulsit authoritas, vt ipsa totam ecclesiã diiudicet. Videtis ne vt & Christi verborũ sensus, & veterum consuetudo cõprobetur? Idẽ Gelasius multarum hæresum destructor, cũ ad Anastasium Augustũ scriberet, clarissimè testatur, à Domino ipso, ac deinceps à multiplici ac perpetua patrũ traditione primatũ Romano pontifici fuisse delatum, & ita semper obseruatũ fuisse, vt & præcedentia patrũ dicta vnanimi sententia affirmarunt. Rursus ille idẽ in decreto vna cum. LXX. episcopis ædito de scripturis apocryphis ait. Quãuis vniuersæ per orbẽ ecclesiæ vnus thalamus Christi sit, Sancta tamen Romana ecclesia nullis synodicis constitutis cæteris ecclesiis prælata est. Sed euangelica voce Dñi primatũ obtinuit. Tu es, inquit ille. Petrus, et super hanc petrã ædificabo ecclesiam meã, &c. Quid hic dicent? qui hæc verba aliter ꝙ nos intelligunt? Non hic solũ sanctissimũ virum Gelasium habemus. Sed cum eo. LXX. episcopos de primatu papæ testimoniũ deponentes: potestatemq; hanc ex illis verbis elicientes. Quid dicã? quòd Fœlix Romanæ ecclesiæ episcopus ad Petrũ scribens, quẽ ab Antiochena ecclesia deposuerat, ait. Quia veritati & literis nostris non credidisti, nunc cœpi cõtra te proferre sententiã.

In epi. ad Anastasiũ Augustũ.

In decreto de apocryphis scripturis. Accedit tex. in c. Quãuis. 21. dist.

In gestis. v. Synodi Constantinopolitanæ.

Immo ille, qui est vertex omniū pastoralium sediū, optimus Petrus. Et hæc in acta. V. concilij Constantinopolitani relata sunt, quod multò plus est. Ex quibus colligitur & Petrū fuisse aliorū verticē, & papæ sententiam iure dici posse. Petri ipsius esse decretum, & Romanū episcopū alios episcopos posse de sede deijcere. quæ omnia hunc primatū apertissime indicant. Quid non Pelagij quoq; duo idem testantur: quorū prior ait se vniuersæ ecclesiæ sub illius nomine præsidere, cuius à Dño fuit glorificata confessio. Posterior verò amplissimā ligandi & soluendi sibi traditam asserit potestatē: & Romanā sedē instituente Dño caput esse omniū ecclesiarū, ad eamq; maiores causas fuisse semper delatas.

Pel. I. in epist. ad vigiliū.

Pel. II. in epi. decretali.

Ioannes. III. ad vniuersos Germaniæ et Galliæ scribens episcopos, nunc Petrū apostolorū principem, nunc summū appellat, sibiq; vice ipsius omnes creaturas traditas fuisse testatur, mandans propterea quibuscūq; vt omnia sua ac decessorum suorū constituta custodiantur, atq; subiungens summa se tenere ecclesiæ gubernacula. En quomodo hi patres è tempore in tempus, & quasi de manu in manū semper hunc primatū pari consensu tradiderint: ita vt ne vnus quidē ab alijs vlla in re discors fuisse deprehendatur, quod si mentirentur, mirum esset & sanè contra rerum naturā: cum proprium sit eorū, qui mentiuntur, vt dissimilia ac pugnantia inter se, confingant: & ne sibi quidē ipsis saltem constent.

In epist. ad epis copos Germaniæ, &c.

Audite, audite quæso Nicolaum. I. qui ad Michaelem scribēs Imperatorē confirmat se omniū curam habere ecclesiarū, &

In epist. I. ad Michaelē Imp.

se cunctarũ Christi ouium cura constringi cum gerat vices illius,cui separatim, specialiter, diuinitus dicitur. Pasce oues meas. Vide ecce specialiter Petro,non aũt pariter omnibus apostolis supremam hanc traditam fuisse potestatem. *Idem Nicolaus alibi ad eundẽ scribens,necnon in decretis suis expresse primatũ hunc & rationibus & authoritatibus cõ probauit.Et hoc idẽ longè prius docuerant Alexander.I. et martyr: Pontianus.XVI. à Petro & martyr,Cornelius martyr, Stephanus martyr: Dionysius.XXIII. à Petro: Marcus Syluestri successor:Liberius, Siritius & veterum illorum antistitũ prudentissimus quisq; consensit. omnes.n. nunc se vniuersalis ecclesiæ episcopos nuncuparunt, nunc sibi omniũ curam ecclesiarũ mandatam esse prodiderunt, nũc Petrum apostolorum principem appellarunt,ita semper, vt & nos facimus,verba dicta Petro, vno sensu atq; eodem animo exponentes.Imponã iam mihi silentium, nec quid aut Innocentius.III.aut alij deinceps longo ordine pontifices de hac ipsa re locuti sint vltra prosequar:ne rem nullũ exitum inuẽturam in infinitũ producamus:cum hæc quoq;, quæ dicta sunt, nimis multa fuisse fateamur, & extorta potius ab im probis, q̃ à nobis sponte prolata.*

Nunc illud, quod iam antea polliciti sumus, adhuc superest, vt scilicet ea,quæ contra hos testes afferri possent,dissolua tur obiecta.Si quid igitur eorũ fidei detraheretur, propterea quòd in causa(ut ita dicam)propria testimoniũ dixerint:fides tamen tum à testium dignitate, tum à vitæ probitate, tum

In epist. 2.ad eundẽ,& in decretis suis.
Alex.ĩ epist. 1
Pótianus ĩ epi. 1.&.2.Cornelius in epist. 1.
Stepha. epi. 2.
Diony. ĩ epi. 2
Marcus in rescrip.ad Athanasiũ, demissióe capitulorũ concil. Nic. Libe. in epis.1. Siritius,in epist.3.
In.c. cũ ex eo de pœni.& remis.& ĩ.c.Maiores,de bap.c. solitæ de ma.et obe.c.Per venerabilẽ, qui fil. sint legit.c.vbi periculũ, &.c. Fundamẽta, de elec.ĩ.6.c.Pro humani. de homi. eo.lib.Extrauag.vnã sanctã,de maio.& obe.cum simil.
L. oĩbus.c. de test.§.item nullus.4.q.3.

L. 1. et. l. ob carmē. ff. de testi. c. si testes §. testiū fides. 4. q. 3.

ab ipso eorū numero & multis alijs coniecturis suppleri facilè solet. Quæ omnes in proposita re ita coniunctæ sunt, vt nulla earū iuris interpretationum deesse videatur, quæ ad coadiuuandos testes adduci possunt. Et ne quē huius documēti ratio lateat, cur scilicet diminuta testiū fides coniecturis potissimū suppleatur. hæc ea est, quòd suspitio illa, quæ de ijs oritur, qui deponunt in causis, in quibus (vt interim iuris interpretū voce vtar) coniecturata cadit affectio: coniectura quædā generalis est, et cōmunis, in qua habenda, vnius persona ab altero nec distingui nec segregari solet: sed unica tantum interpretatione iuris omnes cōplectimur. Verùm hæ, quas tetigimus, coniecturæ speciales sunt, quæ indubitatam personarū conditionē respiciunt, & vnius qualitatē ab alterius existimatione seiungunt. Quapropter quēadmodū generi per speciem vt pote potiorem derogari solet, & sicut coniecturata solent à certis & indubitatis infringi, ita pariter & iuri, & æquitati consentaneū est, vt in fide testibus habenda, vnius ab altero persona distinguatur, & coniecturæ cōmunes à specialibus elidantur: indubitataq; vnius conditio suspitionis tollat ambiguitatē, cum non modo incertū à certitudine destruatur. Sed etiam & una iuris præsumptio à contraria præsumptione tollatur. Hic igitur q̄ multa & magna sint, quæ horum patrum dicta coadiuuant, explicemus. Primū itaq; dignitas ea est, quæ efficit testem, cui alioqui integra fides non haberetur, omni exceptione maiorem, cū (ut à iureconsultis accepimus) sit ante omnia considerandū, cuius

Flor. in. d. l. 3. ff. de testi.

c. Gñi, de reg. iur. in. 6. L. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de leg. 3. cū cōcor. L. cū de indebito. & ibi Bart. ff. de prob. faciunt no. per Fely. in. c. in literis, de testi. & i c. super his col. fi. de accu.

L. Diuus. ff. de in integ. rest. cū concord.

L. 1. & 1. l. ob carmē. ff. de te.

conditionis sit testis, an scilicet decurio an plebeius. Si ad rē, de qua agitur, oculos vertimus, ij, de quorū fide dubitatur fuere pontifices maximi. Quo aūt alio, vel maiori, vel sublimiori gradu ornati esse potuissent? cum hæc super oēs emineat mortaliū dignitates. Deinde cuius existimationis sit testis plurimū attendi solet. si.n. is bonus antea fuit, prope est, vt eius affirmationi credatur (vt verbis utar iurisconsulti) quoniam honestæ & inculpatæ vitæ uiris hoc iure tributū est. Verùm hi ferè omnes fuerunt pro Christi religione defendenda trucidati, & honestorū morum ac sanctitatis exēpla posteris reliquerunt. Numerus quoq; ad supplendā testium imbecillitatē non mediocriter prodest, ut vbi duo uel tres ob aliquā suspitionem non probarent, quatuor aut quinq; sufficiant, cū non satis uerisimile sit multos ad dicendū falsum testimoniū pariter adduci posse. Tantus autē horum est numerus, ac tanta eorū concordia, ut ridiculū sit vel minimā de illorum fide suspitionē concipere. Hæc sunt, quæ in fide testium examinanda iureconsulti potissimū considerarunt. Verū hac in re nonnullæ adhuc aliæ, & illæ quidē validissimæ præsumptiones possunt præcedentibus adiungi. Traditum.n. est neminē salutis æternæ immemorē esse existimari: iccirco ea semper, qua delictum euitatur præsumptio, accipi solet. Verùm quodnā horribilius crimen, quodue detestabilius piaculum ab illis patribus perpetrari potuisset? q̄ si contra diuinas constitutiōes amplissimā hanc sibi potestatē vēdicassent. Scriptū.n.est, Maledictus homo, qui trāsfert terminos pro-

Margin notes: sti. c. si testes §. testiū fides. 4. q. 3. — L. Nō oēs. §. à barbaris. ff. de re mil. — Faciūt not. per Ant. de but. in c. sacro. de sen. excom. — D. l. 3. & ibi Iac. bu. & Flor. ff. de testi. — Arg. l. Nō est verisimile. ff. quod met. cau. — L. Merito. ff. pro Soc. Bar. i l. Non solū. §. sed vt probari ff. de op. no. nū. — Deut. 27.

Ita arguit tex. in.c. Lugdunẽsis.9.q.2.& ĩ c.oĩs.q.7.q.1. L. Isti quidem ff. quod me.cã. & ibi no.

ximi sui, quod de tantis viris uel cogitare, nedum dicere, nefas est. Nõ reticebo etiã neminem honoris sui prodigum esse censeri, cum scriptũ sit. Honorẽ meum nemini dabo, & maledictus homo, qui negligit famam suã. Cæterùm quid stultius? quid dementius? quid deniq; omnium derisione dignius foret? q̃ si hominẽ videremus vniuerso terrarũ orbi per publicum edictum aliquid præcipientẽ, cum hmõi potestate careret, is proculdubio omniũ insanissimus merito haberetur. Verùm enimuerò omnes illi prudentissimi ac sapientissimi patres suprema hac potestate semper usi sunt, ut iam latissimè ostensum est. Ergo vel omniũ hominum stultissimi sunt existimandi, vel eos illam, qua usi sunt, potestatẽ habuisse, est vel facilè concedendũ. Quid horũ iustius sit, etiam aduersariorũ conscientiæ relinquatur. Hæc igitur tot & tanta, quorũ vel vnũ quodq; apud integros iudices plenissimæ sufficeret probationi, si apud istos singula non sufficiunt, saltem simul iuncta (vt sæpe fit) admittantur. Sin aduersus veritatẽ adeo sunt pertinaces, ut ne ijs quidẽ omnibus simul iunctis fidẽ adhibeant. Quid dicent? si prædictorũ patrùm documenta à concilijs, quæ uniuersalis ecclesiæ imaginẽ exhibent, approbata fuisse ostendemus? profecto nihil iam vltra supererit, quod vel uerè uel uerisimiliter obijci possit.

Arg no. per dicto. in.c. Nisi essẽt, de præb. & per Soc. ĩ cõsi. 164. in pri. volumi.

Glo. in.l.2.ff. de exc. tut. doc. latè ĩ.l. Admonendi. ff. de iureiu. & in.c. cũ cãm, de prob. c. A recta. 24. q.1.

Agè igitur ac iam nunc id quoq; planũ faciamus. In. V. concilio Constantinopolitano ita scriptum est. Cũ ipsa autẽ synodo recipimus omnes epistolas Leonis archiepiscopi antiquæ Romæ. Proinde illud sequitur, ut cum in illis epistolis multa

Actione. 1.

primatū hunc expreſſè affirmantia reperiantur (quod iam antea cumulatiſſime demonſtrauimus) ea omnia ſint authoritate synodi cōprobata: nā (vt iuriſconſultus ait) ea omnia, quæ in lege relata continentur, in lege quoq; referente intelligūtur expreſſa. Et cuncta noſtra facimus, quibus noſtrā impartimur authoritatē. Rurſus ex geſtis eiuſdē concilij colligitur, patres synodi dixiſſe. Non mirandum ſi ſuas etiā nunc magna apoſtolica ſedes ſacras ſequitur ſanctiones. vnde & nos ſequentes, quæ à ſanctisſimo papa in epiſtola synodali &c. Ecce q̄ honorificè synodus approbet & ſequatur Romanorū decreta pontificū. In concilio. III. Toletano decretū eſt, omnia ſtatuta conciliorū, ac Romanorū præſulum epiſtolas & ſanctiones cuſtodiri debere. Ecce ſi indiffinitè pontificū epiſtolæ sunt approbatæ. Ergo omnes, cū notiſſimi iuris ſit, indefinitū sermonem eodē ſenſu accipiendū, quo uniuerſalē accipimus. Si vero omnes approbatæ, ſequitur vt illæ quoq;, quarū ſuperius mentionē fecimus: et in quibus primatus iſte idētidem extollitur & prædicatur, à concilio ſint confirmatæ. In primo concilio Bracharenſi patres illi apoſtolicæ ſedis authoritati plurimū detulerunt, iubentes eius decreta ſeruari & exequi. Deniq; in synodo Cabilonenſi conſtitutū eſt, canonū ſtatuta ab omnibus intemerata ſeruari debere. Quod ſi horū dicta à concilijs (ut uidemus) recepta toties fuere, non licet amplius ea in dubiū reuocare: alioqui nulla vnq̄ in eccleſia Dei ſtabilitas inueniretur. Si. n. quod ſemel placuit, amplius diſplicere non poteſt: multò minus ea diſplicere debēt,

L. Aſſe toto ff. de hær. inſti. l. ſi ita ſcripſero. ff. de cond. demon.
L. 1. §. oīa. c. de vet. iur. enu.
In interlocutione Mennæ patriarchæ.
In. c. 1. d. concilii.
L. ſi pluribus. ff. de lega. 3. cū vulg.
D. l. Aſſe toto, c. d. l. 1. §. omnia, cum cōcor.
c. 1 8. illius cōcilii.
c. Quodſemel, de reg. iu. in. 6.

Arg. l. Balista ff. ad treb. e.l. si mulier. c. Ad velleia.

quæ non semel tantũ sed sæpissimè placuerunt. Deniq; si tot ac tantorum patrũ fides reijcitur, in mille absurda incidemus: Sic. n. qui iudices re vera sunt, non modo vt iudices, sed ne vt testes quidem recipiuntur. Qui sanctissimi fuere atq; inculpatæ vitæ uiri, vt ambitiosi superbiq; refelluntur. Qui prudentia fuerunt ac præcellenti doctrina illustres, ij ut insani ac dementissimi hominũ deridentur. Qui ob aliorũ salutẽ sibi ipsi non pepercerunt, ij suæ immemores existimãtur. Qui numero plurimi fuerunt, ij omnes vt vnius reatus complices, & maximi criminis rei censentur: ac deniq;, quæ ab vniuersali ecclesia expresse recepta sunt, confunduntur: eaq; impudentissimè destruuntur, quæ diuturnis moribus fuerunt sanctissimè interpretata. Quàm uero hæc sint absona, quantum à bonorũ mentibus, quantum ab integri iudicis auribus, quantũ ab ipsa ueritate abhorreant, iudicent omnes, qui æquo iudicio, non pertinaci ducuntur impietate. Et hæc quidem quod ad ipsorũ pontificũ authoritates attinet, dixisse sufficiat. quos semper (ut polliciti eramus) ab initio pullulantis ecclesiæ in hunc vsq; diem ita ostendimus intellexisse uerba, quæ Petro dicta fuerant, ut ex eis illũ non parem cũ alijs apostolis, sed supremã super omnes potestatem senserint accepisse.

Côtra. l. Nam absurdũ. ff. de op. lib. & l. In pecudum. ff. de vsur.

Nunc vt promissum ordinem sequamur, aliorũ quoq; dicta testium, qui extra omnẽ sunt suspitionem, afferantur. Deinde quid concilia de hoc primatu tradiderint, aperietur: nam quæ ex concilijs hactenus in medium adduximus, illuc tantum tendunt, vt ostendamus pontificũ veterùm testimo-

nia

nia ab illis fuisse cõprobata: mox verò quid ipsa concilia de papæ primatu senserint, explicabitur.

Secundum itaq; testium genus discutiamus: atq; hoc quidem loco patrũ illorum testimonia repeti iure possent, qui vt iam antea visum est in Gallia, in Hispania, in Germania, in Burgundia, in Africa, atq; in alijs remotis, ac longinquis partibus constituti, semper in arduis negocijs ad petendum Romani antistitis iudicium, & accipiendas fidei regulas confluebant: primatum ei in ecclesia vno animo deferentes. Verùm quia supra opportunè sunt cõmemorata, hic ea recensere superfluum existimauerimus. Aliorum igitur authorum documenta colligamus: non dico Ambrosij, Augustini, Gregorij, Chrysostomi, Bernardi, & recentiorũ interpretum, sed quorundã aliorum, qui priscis ecclesiæ catholicæ temporibus floruerunt.

Cyprianus ecclesiasticorũ scriptorũ propè antiquissimus, et martyr egregius, in illos inuehitur, qui summo pontifici detrahunt, cum scriptum sit. Principi plebis tuæ non maledices, attesta turq; non aliunde ortas fuisse hæreses, ac nata schismata, quam inde quòd sacerdoti Dei non obtemperatur, nec vnus in ecclesia Dei iudex vice Christi cogitatur. Hæc ille. In epist. 3. Exod. 22.

Quid huic testi obijcient aduersantes: Hic.n. non fuit Romanus antistes, hic vir est omni exceptione maior, & tamẽ papã principẽ populi Dei appellat, et vnum ait, non multos, ad tollenda schismata iudices in ecclesia esse oportere.

Rursus audi eundẽ, qui ad Cornelium Romanũ pontificem In epist. 12.

scribens in primis gratis gratulatur, quod scismatici quidam ad pacem redierint, & eorũ confessionem referens, ait, eos inter alia dixisse. Nos Corneliũ epm sanctissimæ ecclesiæ catholicæ electũ à Christo scimus. Et ibi paulo post. Non ignoramus vnum Deum esse, vnum Christum, vnũ Spiritum sanctũ, & vnum episcopum in ecclesia catholica esse debere. Hæc Cyprianus. Vbi nunc sunt, qui non vnũ pontificem volunt? sed omnes antistites pari præditos esse potestate prædicant?

In edicto eiusdẽ Cõstãtini. Constantinus Augustus mirum in modũ Romani pontificis primatũ, ac potestatẽ extollit, quem Petrus ob fidelem confessionẽ suam à Christo fuerit adeptus, in illis nimirum verbis. Quodcun␣ꝗ ligaueris &c. ac Romanum præsulẽ, semper vocat vniuersalem episcopũ, atq; illum esse celsiorem, ac sacerdotum totius mundi principem.

Athanasius ille, qui tot & tanta pro fide Christi defendenda pertulit, & cuius ineffabilis doctrinæ testis est Arius, Athanasius inquam, & tota Aegyptiorum episcoporũ synodus ad Liberium papã scribentes aiunt, eum esse patrem patrum, ei cõmissam esse à Christo vniuersalẽ ecclesiam, eum rogant vt sua summa authoritate infestos cõprimat, & oppressos releuet. Videtisne vt hi patres tum vita sanctissimi, tum numero plurimi vno ore testentur, summã esse Romani præsulis potestatem? eum ante omnes excellere magna fiducia prædicantes. Idẽ Athanasius, et Aegyptij episcopi in vnum papæ hortatu collecti, scribentes ad Fœli-

In epist. Athanasii & Aegyptiorũ episcoporũ ad Liberiũ papam.

In epist. eorũdẽ Fœlicem. II.

licem. II. quẽ postea ad martyrij gloriam peruenisse legimus, hæc memoratu digna tradiderunt. Quia semper antecessores nostri, & nos à vestra sancta sede auxiliũ hausimus, & nostri vos curam habere cognouimus, potestatem apostolicã & summã petimus sedem, vt inde auxiliũ capiamus, vnde antecessores nostri ordinationes, & dogmata acceperunt, ad eam quoq; quasi ad matrẽ recurrimus, propterea nolite obliuisci nos vobis cõmissos, ob id. n. vos, & alios Romanos præsules Deus in summitatis arce constituit, omniũ'q; ecclesiarũ curã habere præcepit, vt nobis succurratis. Rursus aiunt, Romanæ ecclesiæ ligandi & soluendi potestatem à Dño super alios speciali priuilegio esse concessam, ipsamq; esse verticem, in quo omnes vertũtur, ac sustentantur. Rursus, tibi Christus claues regni cœlorũ cõmisit, atq; ligare & soluere potestatẽ, quæ in terra, quæ in cælis sunt, promulgauit. Tu prophanarũ hæresum, & imperitorũ, atq; omniũ infestantium, depositor, & princeps, & doctor, & caput orthodoxæ doctrinæ et immaculatæ fidei existis. Et alia ibi sunt eiusmodi non pauca. Proinde nescio hercle, quæ tandem de hoc primatu, & de hoc illorũ verborum, de quibus disputamus, intellectu, illustrium virorum illustriora vel magis aperta testimonia possint afferri. Quid. n. his tot ac tantis patribus obijci posset? sed pergamus adhuc & alia adijciamus.

Stephanus archiepiscopus, cum tribus Africæ concilijs ad Damasum papã de Romanæ sedis priuilegio scribens, in pri- In decretis Damasi papæ.

mis ait papam esse apostolico culmine sublimatum, ac patrem patrum, & summū omnium præsulem. Deinde inquit. Vestræ sedi episcoporū iudicia, & summorū finem negociorū in honorem beati Petri, patrū decreta omnium cunctam reseruauere sententiā, & potestatē inquirendi de Dei rebus, quas omni cura obseruare debemus, maximè verò iustè debent ab ipso præsulum vertice apostolico examinari, cuius vetusta solicitudo est, tā mala dānare, q̄ releuare laudanda. Antiquis.n. regulis sancitum est, vt quicquid horum quāuis in longinquis partibus ageretur, non prius tractandū, & accipiendū sit, q̄ ad notitiā almæ sedis vestræ fuisset deductū, & eius authoritate firmatū. Ecce q̄ manifestæ sunt hæ traditiones, non ipsius papæ, nec de vnius tantū hominis, sed de tot patrū scriptæ consensu, quæ primatū pontifici detulerūt, & ita à veteribus sancitum, ac semper obseruatū esse confirmant. Quæ quidē testimonia eò sunt digniora, quò magis sunt præcedentibus conformia.

In epis. præambulis ad cōciliū Ephesinū. II. & Chalcedonēsem.

Petrus Rauēnensis episcopus ad Eutychem ait, in omnibus hortamur te frater, vt ijs, quæ à beatissimo papa Romanæ ciuitatis scripta sunt, obedias. B.n. Petrus, qui in propria sede viuit, & præsidet, præstat quærentibus fidei veritatem. nos.n. pro studio pacis & fidei extra consensum Romani pontificis causas audire nō possumus. Apparet ex hoc quoq; non esse parem omniū præsulum potestatem.

In epi. præambulis ad synodū Chalcedonēsē.

Valentinianus Augustus ad Theodosium Imperatorē patrē scribens, ita inquit. Dignitatē propriæ venerationis. B. Petro

apostolo intemeratam seruemus, quatenus Romanæ vrbis episcopus, cui principatũ sacerdotij super omnes antiquitas contulit, locum habeat ac facultatẽ, de fide ac sacerdotibus iudicandi. Videtis ne vt etiam Augusti ipsi priscis illi tempori bus Romano episcopo primatum detulerunt? Galla mater Theodosij, mulier singulari virtute prædita ad filiũ scribens ait. Mansuetudo tua veritatem immaculatã fidei, & catholicæ religionis seruari præcipiat, & secundũ formã ac diffi nitionẽ apostolicæ sedis, quam & nos tanq̃ præcellentẽ veneramur, & in qua primus ille, qui cœlestes claues dignus fuit accipere, principatũ episcopatus ordinauit &c. Ecce quid de principatu Romanæ sedis hæc mulier, quæ multa egregia pro fide gessit, loquatur. Valentinianus & Marcianus Augusti, simul ad Leonẽ scribentes, ac eũ ad Synodum Chalcedonensem inuitantes aiunt. Tuã sanctitatem principatum in episcopatu fidei possidentem iustũ credimus alloquendũ, etc. Quid adhuc honorificentius de papæ principatu desideramus, q̃ sint tantorũ hæc apertissima Imperatorũ documẽta? Quid omnes episcopi Tarraconensis prouinciæ ad Hilarium scribentes. Quid Cyrillus, & alij celebres illorũ tẽporum viri de hac ipsa re literarũ memoriæ mandarint, non differam: ne diutius & non sine lectoris molestia in hoc secundo genere testium versemur. Verùm cũ iam id satis cumulatè præstitisse nos arbitremur, ad tertium tãdem nostra oratio traducatur. Videamusq́ quid ipsa concilia de hoc principatu senserint, ac tradiderint.

In epist. præambulis vt supra.

In epist. horum ipe. ad Leonẽ. 1

In decretis Hilarii papæ. Cyril. in libro thesaurorum.

Verùm quia superius opportunè loca quædã conciliorũ retulimus, & alia in secunda parte aptius q̃ hic citanda fore existimauimus: ideirco ea prætermittentes, alia recensebimus.

In epist. Niceni cõcil. ad Syluestrum.

Nicena synodus ad Syluestrũ scribens ab eo petit, vt gesta in illo concilio sua confirmet authoritate. Quod summa cura puto esse inspiciendũ, atq; obseruandum: propterea quòd à papa confirmatio petitur, quæ non nisi à superiore peti solet, tum etiam quia illa petitio est in ijs, quæ fidei sunt, & ideo in maioribus ecclesiæ negocijs vidimus synodum illam papæ primatum detulisse. Idq; inde coadiuuatur, quoniam & Syluester hac vsus fuit authoritate, cum gesta illius magnæ synodi confirmauit.

Bal. in. l. fi. c. de legi. Ho. in c. Qualiter. 2 de elect. Fely. ĩ c. 1. de treug. & pac. In episto. resp. Syluestri, ad Nicenũ concil. In cap. 9. huius concilii.

In concilio Romano, in quo vna cũ Syluestro. CCLXXV. patres erant collecti, statutum fuit, summum præsulem à nemine iudicari posse, cum scriptum sit non est discipulus supra magistrũ. Videte quæso quomodo synodus illa papã esse summũ præsulem, papam aliorũ esse magistrũ testatur, atq; à nemine iudicari præcipit. In eodẽ concilio traditũ est, neminẽ posse in illam primã sedem sententiã dicere. Quoniam omnes sedes, ab illa desiderant iustitiã temperari. Ecce par ne, an inæqualis episcoporũ potestas sit?

In cap. 20. c. Nemo. 9. q. 3.

In primo concilio Constantinopolitano decretũ est, Constantinopolitanũ episcopũ primatus honorẽ tenere post Romanũ. Atq; ita primũ omniũ ac summũ esse Romanũ episcopũ, etiam hæc synodus sensit. Chartaginense conciliũ super dãnatione Pelagij, ab Innocentio Romano pontifice petijt.

In cap. 5. huius concilii.

In epist. cõcil. char. ad Inn. & in episto. resp. ipsius Inn.

vt gesta synodi confirmaret, quod & factũ fuit. Proinde ex petita hunc in modũ, & concessa confirmatione primatus colligitur. Si.n. papæ maior non est, q̃ aliorũ potestas, Quid tandẽ causæ fuit? cur illa concilia quæ spiritu sancto duce habebantur, ab eo semper huiusmodi confirmationẽ peterent? Mileuitana synodus Chartaginensem imitata; similiter ad eundẽ Innocentiũ nouam hæresim detulit, vt ipse, qui præcipuo munere gratiæ Dei, in apostolica sede esset collocatus, pronunciaret quid tenendũ foret. Ecce tibi. Ecce iterũ, an synodus hæc apertissime senserit, ad papã pertinere de fide sententiã ferre? cum ad eum hæresim illã propterea se detulisse fateatur, vt quasi iudex irrefragabilem sententiã diceret. idq; ait se fecisse ob præcipuũ illius sedis munus: si præcipuũ, ergo non fuit omnibus apostolis cõe, vt isti prædicant. In celeberrimo illo Chalcedonensi concilio multa sunt principatũ pontificis significantia, quæ in secunda huius libri parte discutere constituimus, sed hoc tantũ nunc de illis gestis dixisse satis sit. quòd cum de ferenda contra Dioscorũ sententia ageretur, à synodo legatis Leonis dictũ fuit, ipsos ibi primum locũ obtinere: Iccircoq; etiã primos debere sententiã dicere, quam vniuersa synodus sequeretur, et ita factũ fuisse legimus. Deinde & illud habemus. Dioscorum ob has potissimũ causas dãnatũ fuisse, quòd literas Leonis in cõcilio Ephesino. II. legi prohibuerat, quòd contra sedẽ latrauerat apostolicã, quòdq; Eutychem ab episcopatu ab ipso papa prius depositũ restituerat. Ex quibus clarissime colligitur Romani

Bal. in. l. fin. c. de Legi. Fely. i c. 1. de treug. & pac.

c. A recta. 24. q. 1.

In epist. Mile. cõci. ad Inn. & in epistto. resp. ipsius Inn.

Actione. 3. de concil.

In epist. cõcil. chal. ad Valentinianũ, et Martianum.

pontificis principatus. Quomodo.n. Leo potuisset Eutychẽ ab episcopatu sola sua authoritate deijcere si nullum papa in alios episcopos haberet imperiũ? Et quomodo synodus illa Dioscori temeritatẽ damnasset, nisi quod Leo gesserat, fieri iure optimo potuisset? Non omittã ab illa synodo petitũ fuisse, vt acta sua à Leone pontifice confirmarentur: eiq; ab illa summitatis titulũ tributũ fuisse. Dicant obsecro pertinaces isti an contra eos digniora testimonia posfint afferri q̃ huius sanctissimi concilij documenta? Quid deinde Toletanũ conciliũ? Quid Bracharense? Quid Cabillonense? de hoc primatu senserint, quia superius dixi, non repetam.

In epist. concil. ad Leonem.

In. V. Romano concilio, in quo vnà cũ Symmacho. CCXVIII. episcopi interfuere. Liber Ennodij approbatur, præcipiturq; inter illius concilij gesta referri debere. In eo autẽ papæ principatus super omnes extollitur. Ex quo iure dicimus, id à synodo fuisse decretum, quod in eo libro, qui ab illa probatur, affirmatũ videmus. Quid dicam quód synodus iussu Theodorici Regis contra Symmachũ congregata, huiusmodi sententiã protulit. Symmachi papæ sedi primũ Petri apostoli meritũ, deinde secuto iussu Dñi, conciliorũ authoritas singularem tradidit potestatem: & propterea fas nõ est, antedictæ sedis antistitem minorũ iudicio subiacere. Quid vultis amplius? Nonne ista synodus, tametsi contra papã esset coacta, explanauit singularem papæ potestatẽ à singulari illo Petri merito prouenisse? & propterea ei etiã concilia maximò detulisse. Nonne eundem minorũ, hoc est, ipsorum

In lib. Ennodii

L. Asse toto. ff. de hæred. instit. l. 1. §. oia C. de uet. iur. enuc.

Vt habetur in §. Hinc etiam 17. dist. Accedit tex. in c. Quamuis, 21 dist.

ipsorũ patrum, sententiæ non esse subiectũ: atq; ita papã ipso concilio maiorẽ esse constantissimè declarauit. Sed pergamus. In. V. synodo Constantinopolitana, pari modo, vt paulo ante diximus, fuerunt Leonis Epistolæ approbatæ, in quibus iste principatus expressè continetur, vt latè iam antea fuit ostensum: & ideo eum concilij illius authoritate munitũ esse nemo iure dubitarit. Ex eiusdem concilij actis colligitur, Marianũ & quosdã alios, in epistolis suis Agapetum papã Dñm suum, & œcumenicũ, idest vniuersalẽ patriarcham appellasse, dixisseq; quod quemadmodũ Deus misit Petrum magnũ apostolorũ principem ad Simonẽ condemnandũ, ita pariter misit Agapetũ ad hæreticos de sedibus eijciendos. Hæc omnia in concilio lecta fuere nemine patrũm dissentiente. E quibus papæ primatus, tota synodo consentiente, luce clarior demonstratur. Ex illius ipsius concilij gestis habetur Romanũ pontificem ab orientalibus episcopis in vnum collectis patrem patrũm nuncupari, sedemq; Petri, quæ illi cõmissa est, super alias eminere, ac demũ rogatur Agapetus, vt ipse contra Anthimũ sententiã traditionibus sacrũ patrũ conformẽ proferat. Ex quibus facilè intelligitur, Synodum illam in re ad fidẽ Christianã pertinente Romano antistiti plurimum detulisse.

Actione. 1. d. cõcil. in episto. Epiphanii.

D. L. Asse toto, & d. L. 1. §. omnia.

Actione. 1. in literis Mariani & aliorũ monachorũ ad Agapetum.

In epist. orientaliũ episcoporũ i cõcil. cõmorantium.



In. V I. vniuersali concilio Constantinopolitano papa nuncupatur antiquæ Romæ & apostolicæ summitatis antistes. Deinde synodus ipsa Agathonẽ papam appellat sanctissimum patrẽ patrum, & summum papã, eiusq; literis con-

Actione. 18.

ſentit. Si igitur papa à concilio ipſo, & ſummus, & maximus nuncupatur, cur aduerſarij noſtri id facere dedignātur? qui ſi vel minimā conciliorū contra nos hac in re poſſent adducere authoritatē, vocem ad cœlū vſq; extollerent, sed veritas occultari non poteſt. In concilio Vormatienſi patres illi dixerunt ſe præceptis apoſtolicæ ſedis eſſe inſtituendos, & paternam inſtitutionē eſſe ſecuturos: & propterea recitata Gregorij Romani ſententia in eam vnanimiter omnes conceſſerunt. Ecce quantū synodus papæ detulerit in ijs, quæ ad fidem pertinent? Breuiter nunc quid concilium Lateranenſe ſub Innocentio. III. celebratum, ſanxerit, accipite. In eo fuit inter alia conſtitutum, reliquias ſanctorū, quæ nouiter inueniuntur, à nemine prius eſſe venerandas quàm à Romano pontifice fuerint approbatæ. Quare iam liquet, concilia omnia in hoc primatu Romani præſulis conueniſſe. Sed iam Florentinū etiam videamus, in quo certum eſt, poſt magnos ſuſceptos labores, & longa diſputationum certamina, rem tandem fœdere fuiſſe tranſactam, & Græcos, ac Latinos patres in eandem iuiſſe ſententiam. In eo legimus ſtatutū in hunc, qui ſequitur, modum. Item diffinimus ſanctam apoſtolicā ſedem, & Romanum pontificem in vniuerſum orbem tenere primatum, & ipſum Romanū pontificem ſucceſſorem eſſe. B. Petri apoſtolorū principis, & verū Chriſti vicarium, totiuſq; eccleſiæ caput, & omniū Chriſtianorū patrem & doctorem exiſtere, & ipſi in. B. Petro paſcendi, regendi, & guber-

In geſtis cōcil. Vorm. in cap. de baptiſmi ſacramento.

In cap. 62. huius concil.

nandi vniuersalem ecclesiam à Dño nostro Iesu Christo plenam potestatẽ traditam esse, queadmodũ etiam in gestis œcumenicorũ conciliorũ, & sacris canonibus continetur. Videtis ne tandẽ q̃ apertè tot Latini & Græci patres verba dicta Petro secundũ intellectũ nostrum interpretantur? et quàm manifestè ab eis de hoc ipso principatu decernatur? atq; ita semper ab anteactis concilijs fuisse decretum constanter prædicetur?

Possent adhuc tum argumenta, tum testimonia adduci, verũ ne lectorem diutius, q̃ par est, detinerem: ea prætermittere operæpretium esse existimaui: cum satis superq; ad probãdum, quod hoc capite intendebamus, quæ iam sunt allata, sufficiant. Non possum igitur non admirari, ac mecum ipse ingemiscere, quòd aduersarij veritatis ita pertinaciæ suæ indulgeant, vt hunc Romani pontificis principatũ, tot tantisq; authoritatibus munitũ, tot rationibus subnixum, ac deniq; tam diuturna consuetudine confirmatũ, adhuc in dubiũ reuocare non erubescant. Nam velle tot validissimarũ vincula probationum sola assertione sua reijcere, & ridiculum pariter & superbum est. Disputatum.n. est non modo ad saturitatem, sed etiam vsq; ad fastidium, atq; apertissimè (vt pollicitus eram) demonstratũ est, propè omnes quacunq; dignitate pollentes, quacunq; præditos authoritate, ac præcellenti doctrina viros illustres, à primis vsq; ad postremos, semper vno ore tradidisse, supremam hanc potestatẽ Romano pontifici tributam esse, idq; ab ipso Christo seruatore

Cõtra illud Salo. in parab. relatum in. c. Ne innitaris, de cõstit.
c. Ridiculum 12. dist.

nostro, ab apostolis, ab eorũ successoribus, eam deniq; vsu vetustissimo receptam pariter & obseruatã. Quin illud quoq; ostensum est, omnes omniũ ferè prouinciarũ episcopos diuersis temporibus à Romana sede semper in arduis rebus iudicia petijsse. Cur autẽ patres illi vel ad Constantinopolitanum, vel ad Alexandrinũ, vel ad alium non ibant episcopum, ab eo maiorũ negociorum decisionẽ requirentes? Sed Romanũ semper consulebant, Romanum solum rogabant, Romanum venerabantur, aiebantq; ad ipsum solum pertinere regulas fidei, illum deniq; vnum, quid esset in ecclesia vniuersali tenendũ, posse, & oportere præcipere. Cur deniq; Augusti ipsi, qui præcipuam ecclesiæ curã habuerunt, supremum semper honorẽ ac principatum soli Romano antistiti detulerunt? cur concilia ipsa id, toties quoties iam ante vidimus, confirmarunt? Si eos omnes errasse dicimus, valde mirum ac vix credibile est, tot viros tanta virtute, tot honoribus insignes, tot prouincias, tot deniq; sæcula, in tanto errore tam diu permansisse: & Deũ porrò ipsum, qui periclitantibus, & ad se confugientibus nunq̃ deesse cõsueuit, tot fideliũ, & opẽ implorantium, tãdiu oblitum atq; immemorẽ fuisse: veritatemq; hac demum tempestate ab hominibus impuris in lucẽ proferri voluisse. Quamobrẽ cũ è duobus alterũ fateri sit necesse, vel tales ac tantos, et tot sæculorũ viros clarissimos atq; optimos, vel paucos huius unius sæculi obscuros, atq; adeo etiã improbos à veritatis via declinasse: vtra ex his duabus verisimilior sit coniectura, etiam

ipsorũ iudicio relinquatur. Neminẽ tam resupinũ, neminẽ tam duri oris, tam perfricatæ frontis existimamus, qui contrariũ ijs, quæ præbuimus, iudicare audeat. Quãuis.n. nihil aliud pro causa Romani pontificis adduci posset, sola sufficeret consuetudo: nã (teste Augustino) ecclesiasticarũ institutionũ quasdã in scriptis, quasdam verò consuetudine roboratas approbauit vsus: quibus par ritus & idẽ vtriusq; pietatis debetur affectus. Rursus idem ipse alibi sic ait. In his rebus, de quibus nihil certi statuit diuina scriptura, mos populi Dei, & instituta maiorũ pro legibus tenenda sunt: et sicut præuaricatores legũ, ita contemptores ecclesiasticorum consuetudinũ sunt coercendi. Hæc ille. Hieronymus quoq; hoc idem sentiens: Vigilantium esse hæreticũ probat, propterea quòd venerandas non esse martyrũ reliquias, contra ecclesiæ consuetudinem affirmabat. Præterea si non incogniti iuris est, consuetudinẽ, quæ viuentis memoriã excedit, plenũ ius tribuere possidenti: quanto id magis est in ea re concedendũ, in qua nec viuentiũ memoria, nec mortuorũ documenta aliud vnquã tradiderunt, quàm Romanũ pontificem esse omniũ caput, omniũ summũ, omniũ maximum, ac illius esse in Dei ecclesia principatũ. Hic non annorũ tantum, sed ætatum ac omniũ Christianæ ecclesiæ sæculorũ vnam candẽq; habemus consuetudinẽ, quæ tradit, in hac supremæ iurisdictionis quasi possessione Romanos semper fuisse pontifices. Qui verò consuetudinẽ hanc esse aiunt vetustatẽ erroris, ac huiuscemodi principatum esse tyrannide quadã vsurpatũ: doceant oportet vbi

Aug. in lib. ex dictis Basilij. & habetur i. c. Ecclesiasticarum. 11. dist.
Aug. ad Casulanũ, et habetur in. c. in his rebus. 11. dist.

Hiero. in Vigilãtium.
L. Hoc iure. §. Ductus aquæ. ff. de aqu. quot. & est. c. super quibusdam, de verb. sign.

aliud traditum ſit, quàm id quod prædiximus. qui.n. priuationẽ adducit, pro cõperto habeat neceſſe eſt, id ſecus anteà extitiſſe. Nã deſiſſe non videtur, quod nec incepit. Præterea quõ tandem modo fieri potuit, vt pontifices præſertim priſcis illis tẽporibus tantam ſibi vſurparint authoritatẽ: cum ne ſalutem quidem ipſam à perſecutorũ inſidijs, & ſæuitia tueri potuerint, quod eorũ exilia, vexationes, ac martyria docuerunt. Quid igitur ambigi poteſt amplius? quidue obijci? Caueant contradicentes iſti obſecro ne temere tantæ detrahant dignitati, cum ſcriptũ ſit. Principi plebis tuæ non maledices, reformidentq́ Dei vltionem, ac videant, ne dum conantur deſtruere, quæ ab antiquis patribus tam ſolidis fundamentis concorditer extructa ſunt, ipſi miſerabiliter corruant, & obterantur; cum didicerimus Deũ ipſum præcepiſſe, ne quis transferat terminos antiquos, quos patres noſtri poſuerunt. Et alibi imperet, ne quiſq; abſumat terminos, quos fixerunt priores in poſſeſſione ſua. Rurſuſq; ſcriptum ſit, maledictum eum eſſe, qui transfert terminos proximi ſui: illud porro meminerint à ſanctiſſimo Chalcedonenſi concilio Dioſcorum ob id potiſſimum fuiſſe damnatũ, quòd contra ſedẽ hanc Romanam latrauerat, ac poteſtati papæ detraxerat, Eutychẽ reſtituendo papæ ſententia de ſede deiectum, ſciant deniq; difficillimum eſſe contra fluminis impetum reluctari: Durum contra ſtimulum calcitrare: fieri verò non poſſe, vt veritatẽ quiſq;, ac conſequenter Chriſtum ipſum, qui ſemper regnat, ſemper vincit, vlla ratione opprimat. Quam-

L. Decẽ. cũ ibi not. ff. de verb. oblig. L. Titio vſus fructus, in pri. ff. de condi. & demon.

Exod. 22.

Prouerb. 22. Deut. 19.

Deut. 27.

Act. 9. c. Conſuetudo. 8. diſt.

obrem satius illis fuerit, hæc tandem silere, & ad veridicam manifestáq; accedere sententiam: ita enim & honori, et saluti suæ consulent.

SECVNDA PARS.

NVNC, *quæ ad secundum caput attinent, perscrutemur. postq̃. n. plenissime intelleximus, supremũ ac summum in ecclesia Dei esse* Romanũ *antistitem, illud sequitur vt videamus, an sine ipsius authoritate concilia cogi,* & *celebrari possint, quod nos iure posse fieri negamus: affirmamusq́; in antiquis concilijs fuisse semper seruatum, vt illius authoritate cogerentur:* Nec *nos terrent ea, quæ ab istis hominibus (ne quid grauius dicam) sibi nimiũ sumentibus nuper iactari sine rubore cœperunt: cũ nulla certa ratione, nulla solida authoritate proferantur.* Nã *vel hæc ipsa per se, quæ hactenus dicta sunt, non obscure probant conciliũ, neq; indici, neq; cogi, sine* Romani *pontificis authoritate, vllo pacto posse. hoc. n. principatu semel concesso, sequitur, vt mẽbra sine capite, oues sine pastore, ac subditi sine sui principis authoritate rite congregari non possint. Ideoq; vel negandũ esset, papam primatũ in ecclesia* Dei *obtinere, quod veritate illæsa dici non posse, satis superq; iam probatũ est: vel si, id quod necesse est, illi principatũ concedimus, consequens est, vt maiora ecclesiæ negocia ipso inconsulto decidi non valeant.* Q*uæ*

quãq̃ ita se habeant, vt apud æquos & eruditos iudices satis dictũ videri possit, vt tamen veritas hæc omnibus, atq; ex omni prorsus parte perspicua, & vero splendore illustris ostendatur: gratũ erit inuestigare, an vlla vnq̃ à Christo data fuerit concilio potestas? an vlla apostolis collectiuè, an vllam vnq̃ sine Petro apostoli iurisdictionẽ acceperint. Nã si nullam concilio ipsi traditã fuisse potestatẽ ostendemus, nemini dubium esse poterit, quin in concilijs celebrãdis, papæ authoritas, quæ in ipso solo summa est, exigatur: quod veterùm conciliorũ exemplis facilè cõprobabitur. Singillatim igitur eas euangeliorũ sententias discutiamus, ex quibus concilia suam authoritatẽ accepisse dici solitũ est. In primis itaq; sese offerunt verba illa: Dic ecclesiæ, & ibi paulo post. Quæcunq; ligaueritis &c. Quæ quidẽ verba sæpissime ad rem hanc à Basiliensibus patribus adducebantur. Verũ ea (ni fallor) ad demonstrandã concilij potestatẽ minimè sunt adducenda, cum nihil prorsus ad rẽ faciant. idq; more iurisconsultorũ à sufficienti partium numeratione colligimus: Nã aut vox illa. Ecclesiæ in sua vera accipietur proprietate, hoc est, vt ad vniuersalẽ ecclesiam referatur: quæ fidelium omniũ collectio est. Et huic interpretationi illud repugnat, quod nec iure, nec natura saltem ipsa fieri potest. Quis. n. ignorat fieri non posse, ut fideles omnes in vnũ congregentur? Hoc. n. ita constat, vt nulla prorsus egeat probatione. Iure autem fieri non posse ex eo deprehendas, quòd ibi excõmunicandi potestas subnectitur per illa verba. Quæcunq;

Matt. 18.

In sessiõe. 32.

L. Patre furioso. ff. de his qui su. vel al. iu. L. Arbor. §. aquarum. ff. co. diu. cum vulg. c. Ecclesia, de conse. di. 1.

Panor. in trac. de cõcil. Basil. in. 2. dub.

cunq; ligaueritis. Quæ quidē potestas omnibus passim fidelibus iure conuenire non potest: si quidem appellatione fidelium tam fœminæ, quã mares, tam pueri, quã maiores natu continentur: ad quos huiuscemodi authoritas vllo pacto nō pertinet. Sed verba nunquā sunt eo modo exponenda, vt quicquã contineant, aut præ se ferant, quod fieri nequeat: id autem & euidens ratio, & prudens iurisconsultorū probat authoritas: sequitur ergo, vt hic sensus sit omnino reijciendus, aut ad aliam deinceps expositionē confugiemus dicētes, verba illa de concilio, quod vniuersalis ecclesiæ imaginem exhibet, esse intelligenda, sed & hæc interpretatio non minus à veritate abhorret: Nam & absona, & impossibilis, & iniusta foret. Absona quidem quoniā sequeretur, vt in quacunq; denunciatione fratris peccantis, de qua ibi tunc agebatur, concilia cogi oporteret, quod vtiq; & absurdū, & ridiculum esset. cum. n. nunquā ab aliqua terrarū parte huiusmodi denunciationes deessent, opus esset assiduè concilia celebrari ac nunquā dissolui, quod & contra omniū sententiam est, & contra ea, quæ hactenus obtinuit consuetudo, minimè verò sunt mutanda, quæ cōmunem & longam interpretationē habuerunt. Hoc fieri non posse ex eo ostenditur, quod sæpe accidit, vt ob bellorū dissidia conciliū colligi nequeat, vt notissimum est. Huc accedit quòd quamuis iniuria temporū, & bellorū pericula non repugnarent, iure tamen id nullo pacto fieri posset, quoniam ob nimiam conciliorum frequentiā episcopi ferè semper ab ecclesijs suis

Tot. ti. de sen. excom.

L. 1. §. si insulā. ff. de flu. L. Impossibilium ff. de reg. iu. c. A recta. 24. q. 1.

Cōtra. L. Nam absurdū. ff. de op. lib. & cōtra d. L. Impossibiliū & cōtra. L. primā. §. 1. C. de ve. iur. enu. Cōtra. L. In pecudū. ff. de vsu.

Contra. L. Si quis donaturus. ff. de vsur. L. Minime. ff. de legi. Thom. de pot. Dei. q. 10. arti. 10.

abessent, quod & iuri, & honestati contrarium est, ea verò dicimus non posse fieri, quæ iure & honestè fieri non possunt. Deniq; etiam iniqua esset. ita.n. multi pauperes præ inopia de suo iure decedere coacti opprimerentur: quippe qui pecuniarũ defectu laborantes, à longinquis partibus ad concilium ad faciendas denunciationes accedere non possent. Res autem hæc quoniam mali esset exempli, secundum iurisconsulti sententiã, est fugienda. Si ergo hæc omnia, quæ prediximus, tanquã indecora, ac reprehensione digna, ab humanarũ constitutionum interpretationibus reijciuntur, quæ eo modo exponi solent, vt nequeant à sapiente reprehendi, & vt iustæ, possibiles, atq; honestæ omnibus videantur, quales esse omnes leges oportet, multo magis debent amoueri à Christi traditionũ expositionibus, cuius perfecta sunt opera. Quod si verba illa. Dic ecclesiæ, perinde intelligantur, ac si dicerent, coram magna hominum multitudine, vt nonnulli aliquando voluere, tunc nulla ob id specialis concilio potestas tribueretur, cum ad quamcũq; hominũ multitudinẽ referri posset. Præterea hæc interpretatio, quæ vsu non est recepta, minimè est admittenda. Aut certè dicemus hæc verba ad singulos ecclesiarum præsides esse referenda, tanq̃ in omnes apostolos distributiuè, non autem collectiuè prolata, vt verum est, & communiter approbatum, ac vsu receptum, & tunc illud sequitur, vt nulla ex isto loco concilij potestas eliciatur. Præterea etiam dici posset, verba illa ad solum conscientiæ forum, vel etiam ad iudi-

e. inter corporalia. §. sicut. n. de trásl. epi. c. Nisi cũ pridem §. verũ. de ren. et tot. ti. de cle. non resi.

L. vulgo cũ gl. ff. de stat. hom.

L. Si quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœ. & L. Exẽplo. C. de prob.

L. Saluius aristo. ff. de leg. præst.

c. Factæ, & c. Erit lex. 4. di.

In decretis Fœlicis. II. c. 2.

L. dequibus. ff. delegi. §. igitur in probe. instit.

ciale in ea re pertinere, vt iam inde à principio ostensum est, quò fit vt nequeant ad amplissimã diffiniendorũ maiorum negociorũ iurisdictionẽ extendi, cum hæc valde dissimilia sint, ex dissimilibus porrò nihil rectè inferri solet. Postremo illud quoq; dicimus potestatẽ illam, qualiscunq; sit, non fuisse apostolis sine Petro, contra verò Petro principaliter sine apostolis traditam, tũ ex præcedente sermone Christi, in quo solam Petri personam est allocutus, tum etiam ex ipsius Petri subsequente responso, vt latius in priori huius disputationis parte ostendimus. Quare concludimus nullam ex his verbis concilij potestatem deduci posse. Alia igitur loca, quæ ad rem hanc afferri solent, iam discutiamus. Dici quandoq; solitũ est, conciliorũ authoritatem probari ex verbis illis. Accipite Spiritum sanctũ. Quorũcunq; remiseritis, &c. Verũ neq; ex hoc loco huius rei sumendũ est argumentũ, siquidẽ Christus illam tunc apostolis vt singulis, ac seiunctim dedit potestatẽ, vt ex effectu ipso nouimus, ex quo qualis fuerit causa præcedens iure dignoscitur. singulos.n. in diuersas orbis regiones ad prædicandũ euangelium missos fuisse non incognitũ est. Idq; Dño cooperante, & sequentibus signis sermonem confirmante. Non ergo illa potestas ita tributa fuit, vt non nisi coniunctim ab apostolis exerceri posset, & ideo ad concilium minimè sunt trahenda, quæ singulis sunt impartita. Præterea non possunt ea ad iurisdictionis amplitudinem dilatari, cum fuerint ad solum iudiciũ eorum, quæ ad conscientiam attinent, coangustata. Nam à limitata causa limitati pro-

L. inter stipulãtẽ. §. sacrã. ff. de ver. obliga. L. Papinianus exuli. ff. demi.

Io. 20.

L. cũ de in rem verso, et ibi barto. ff. de vsur. et Bal. in. l. si certis ãnis. C. De pac. c. cũ venissent, vbi ant. de but. de inst. Mar. vlt.

ducuntur effectus, dissimiliumq; dissimilis ratio haberi solet. Non igitur debent quæ apostolis seiunctim vt singulis dicta fuere, ita intelligi, vt tanquã omnibus collectiuè dicta accipiãtur, nec ea, quæ ad solã peccati materiam attinent, sunt ad iurisdictionis amplitudinẽ referenda. Ergo ex ijs nondũ potestas concilij probatur. Postremo nonnunq̃ dictum est, cõcilia suam à loco illo accepisse authoritatẽ, in quo Christus ait. Vbi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, ibi in medio illorum sum, & hæc Basilienses ad probandam concilij potestatẽ contra Eugeniũ. IIII. afferebant, sed respondemus ea longè minus ad rem hanc adduci posse, cum verba, vt in principio diximus, secundũ subiectã materiam sint intelligenda. Verùm ibi de gratijs à Deo opt. Max. impetrandis agebatur, quæ non multitudini, sed vnanimitati, vt Cyprianus ait, precantium conceduntur. Quare non sunt hæc, in quibus longè diuersum agebatur, ad concilij potestatem extendenda, cum verba non amplius sint intelligenda, quàm fuerit mens proferentis. alioqui. n. nisi à cortice illorũ verborum recederemus, sequeretur, quãcunq; duorũ aut trium fidelium congregationẽ in maioribus ecclesiæ negocijs statuta promulgare posse, quod absurdũ & ab omni ratione esset alienum, ac rerum repugnaret experimentis. Præterea si hic verus esset illorũ verborũ intellectus, atq; ibi re vera de iurisdictionis amplitudine ageretur, dubitare amplius non liceret, quin ea ad solum Romanũ pontificem pertineret, cum id à Romanis pontificibus fratrum consensu, ac ab alijs in vnum con-

L. Cancellauerat. ff. de his, quæ i test. del. Arg. L. Naturaliter. §. nihil cõe. ff. de acq. pos. cũ ibi no.

Matt. 18.

L. Stipulatio ista. §. hi qui et ibi no. ff. de verbo. oblig. D. §. Nihil cõmune cũ vulg. L. Nõ oĩs, cum ibi trad. ff. si cert. pe.

L. Nã absurdũ ff. de ope. li. l. 2. C. vt ĩpos. leg. §. pœ. Inst. de satisd.

c. cũ ex eo, de pœ. & remi. c.

gregatis sæpissimè fuerit cõstitutum, (vt latè iam antea me morauimus) Quare si in illis congregationibus, & summa potestas, & spiritus sanctus vi illorũ verborũ adfuisse creditur, tunc iam Romani *pontificis principatus extra omnẽ quæstionem est: verùm (vt diximus) ibi alia de re sermo erat. Propterea ne ab isto quidẽ capite concilij potestas ostẽditur. Quàobrem vnde originẽ sumpserit conciliorum authoritas, quæ nonnunquã etiã supra ipsos pontifices extollitur, satis intelligere non possum, & præsertim cũ nulla vnquã apostolis sine* Petro *tradita fuerit potestas. Si igitur, ut iure collegimus, nullam videmus conciliorũ sine pontifice potestatem & contra, si* Romanus *pontifex in* Petro *supremam potestatẽ est adeptus, liquido constat, concilia sine ipso cogi non posse. Et hinc est, quod synodi, quæ mortuo vel deficiente pontifice congregantur, quãuis eo casu in eas pontificia potestas decidat, tamen solent, exceptis negocijs, quæ moram non patiuntur, omnia futuro pontifici integra seruare. Et ne vetera repetamus, nonnulla ab hoc ipsum in* Constantiensi *concilia ita reseruata fuerunt. Quoniam autem noui isti & concordiæ & veritatis hostes ferre non possunt, qđ* Paulus. III. *Pontifex* Max. *dixit, concilia scilicet sine ipso iure cogi, ac celebrari non posse. Propterea aduersus eum non aliter iactatis conuitijs insurgunt, ac si inauditũ quidpiã protulisset, vel nefandum aliquod scelus perpetrasset, operæprecium fore arbitror, si priusq̃ hoc ipsum in antiquis concilijs seruatũ fuisse declaremus, diligenter exquisiuerimus.*

Maiores de baptis. c. Solitæ maio. & obe. c. per venerabilẽ §. rónibus, qui fi. fi. leg. c. Pro humani. de homi. in. 6. extra uagã. de ma. & obe. cum multis simil.

Arch. i. c. Porro. 5 6. di. abb. in. q. incip. episcopus, et Rosel. ĩ trac. de cõcil. & Doct. in. c. Osius de elec.

An in principio nascentis ecclesiæ vlli pontifices hoc ipsum vnquam affirmauerint? Deinde etiam, an id ab anteactis concilijs fuerit aliquando constitutũ? vt ijs intellectis, de summo & optimo põtifice, quæ illo indigna sunt, loqui tandem desinant pertinaces isti homines, qui ex impij cordis abundantia loquuntur: nec vident ab eo res nec nouas, nec inusitatas in medium proferri. In primis autẽ silere non possumus, hoc ipsum satis apertè iam tum fuisse in sacris antiquorum literis declaratũ, cum Simoni summo sacerdoti fuit vno omniũ consensu tributũ, conuentus sine ipso fieri non posse. Satis ne magnum hoc argumentũ videtur? nullũ opinor maius. hæc. n. omnia (vt Paulus ait) illis in figura contingebant, scripta sunt autẽ propter nos, in quos sæculorum fines deuenerunt. Sed iam priscos illos pontifices audiamus.

Arg. L. Rẽ nõ nouã. C. deind. Macbab. 14.

Primæ ad Corint. 10.

Marcellus. XXVIII. à Petro., qui maximas pro ecclesia Dei ærumnas sustinuit, ac tandem martyrij gloria fuit illustris, affirmat expresse, concilia sine suæ sedis authoritate cogi non posse, & ita fuisse etiam ab apostolis, & eorũ successoribus constitutum. Idem alibi quoque ad Maxentium Imperatorem scribens, quẽ ipse tyrannũ appellat, ait. Quamquã Maxentius episcopos aliquos congregare possit, ei tamen sine sua authoritate concilia colligere non licere.

In epist. 1.

In epist. 2. & habetur i. c. Synodũ. 17. dist.

Iulius. I. qui paulo post Syluestrum sedit, & qui à Constantio Augusto, exilia, & vexationes innumeras pro religione defendenda perpessus est, ait, ab apostolis, & eorum successoribus acceptum esse, vt concilia sine Romano ponti-

In epist. 1.

fice haud liceat conuocari. Idem ad orientales episcopos scribens hoc ipsum cõfirmat, ac eos redarguit, quòd episcopos ausi fuerint colligere nõ accedente sua, aut legatorũ suorum authoritate, quoniam hoc temerario facto, iura, & terminos Petri apostolorum principis inuaserunt.

In rescripto eiusdẽ ad oriẽtales episcopos, et ĩ.c. Regula. 17 dist. ĩ.c. Dudũ. 3.q. 6. & in.c. Adeo. 2.q. 6.

Damasus quoq; testatur, concilia nec cogi, nec vllo modo rata esse, nisi iussus accedat Romani antistitis, & hæc ait esse notissima, & antiquitus obseruata.

In epist. 3. ad Stephanũ archiepiscopũ, et ad cõcilia Africa.

Gelasius, qui multarum hæresum fuit destructor, scribit nõ omnia gesta concilij Chalcedonensis ritè probari posse, sed illa tantum, quibus Romana sedes consenserat. Alibiq; hoc idem confirmat.

In thomo.

Gelasius papa ĩ epist. ad episcopos Dardaniæ.

Pelagius. II. non solum hæc eadem profert, sed quod multò constantioris fiduciæ est. Petri apostolorum principis iubet authoritate, vana, irritaq; esse ea omnia, quæ agebantur in synodo sine ipso Constantinopolim conuocata.

In epi. decret. Pelagii & habetur ĩ.c. Multis 17. dist. facit. c. Bene quidem 96. di.

Nicolaus quoq; ille. I. hoc ipsum constantissime affirmauit.

In epist. ad Michaelẽ Impera.

Quid igitur nunc garriunt? Quid somniant ij, qui in Paulum. III. hæc eadẽ proferentem tanto impetu inuehuntur. Quid quæso mirantur, tanquã nouum quiddam audientes? profectò vel antiqua ignorant documenta vel neminẽ præter se solos ea legisse opinantur. Iam igitur veteres vidimus hoc ipsum passim docuisse: idq; ab apostolis, & eorum successoribus esse traditum, fuisse testatos.

Nunc superest, vt videamus an idem vnquã fuerit ab antiquorũ conciliorũ patribus constitutũ. Deinde an ita in ipsis

quoq; concilijs celebrandis fuerit obseruatum. Acceptum est à probatissimis authoribus, quibus summa fides est habenda, tum ob morum & vitæ sanctitatem, tum ob numerũ ac dignitatem, tum etiã quòd præsentes adfuere: Acceptum inquam est, hoc ipsum in Nicena synodo, expresso atq; vnanimi patrum consensu fuisse sancitum. Nec quisquã hæreat secum cogitans, hoc inter illius concilij gesta non reperiri. cur. n. nõ reperiatur ratio est in promptu. Arriani etenim, qui post illam synodum fauoribus principum præualuere. Decretis illis toto conatu insidiati sunt, vt eorũ memoriam penitus abolerent: sicut Athanasius vir sanctissimus, & alij complures episcopi cum eo in synodo Alexandrina collecti, asseruerunt, rogantes Fœlicem. II. Romanũ pontificem, vt ob hoc Niceni concilij statuta diligentissimè custodiret. Et multa ex ijs deleta fuisse ab hæreticis attestatur etiam Fœlix ille. II. qui martyrij corona deinde fuit insignis. Hoc ipsum ab alijs quoq; veteribus est acceptum, nec res longè à verisimili distat, cum nouerimus Constantium Imperatorem adeo perfidiæ Arrianarum fauisse, vt tum hortatu, tum minis, episcopos ferè omnes, vt Liberium quoq; papam in eandem adduxerit prauitatem, multasq; synodos vi coegerit, vt sanctissimæ Niceni concilij sanctiones destruerentur. Hoc synodus Ariminensis, hoc Mediolanensis, hoc aliæ plereq; testantur. Quare nemini mirum videri debet, si in tanta illorũ temporum calamitate, atq; in tali rerum omniũ perturbatione & discrimine, canones illi quacunq; Romanum

In epist. Athanasii et episcoporũ Aegyptiorũ ad Fœlicem. II.

In decretis Fœlix. II. c. II. In epist. conci. sardicem.

manum patebat Imperium adulterati fuere, sed propterea non est à sanctorũ patrũ traditionibus dissentiendũ, quos meminit, & hæc fingere voluisse, nulla ratione credendum est. Iam igitur dicta testium afferamus.

Iulius. I. qui paulo post illam synodũ, fuit ad pontificatum euectus, ad orientales episcopos hæreticos scribens, ait ita, vt prædiximus, fuisse ipso præsente in illo concilio sancitum, cui rescribentes ipsi, quamuis alioqui sedem illius illuderent, nunquã tamen ausi fuerunt illum mendacij accusare. Verùm nisi hæc vera extitissent, nec vir sãctissimus illa dixisset, nec illi homines perditissimi tam solẽne illius mendaciũ tacuissent: Præsertim cum tunc illius concilij recens esset memoria. Ex documentis Athanasij, & vniuersorũ episcoporũ Aegyptiorum, Thebaicorũ, & Lybicorũ, qui in synodo Alexandrina congregati erant, accepimus, in Niceno concilio ipsis præsentibus, vno omnium patrum consensu fuisse sancitum, concilia sine Romano pontifice celebrari non posse, sed hæc & alia Nicena decreta ab Arrianis passim incendi. In epiSto. I. & 2. ad orientales episcopos. c. Lugdunẽsis. 9. q. 2. In epist. Athanasii & c. ad Felicem. I I.

Galla Theodosij Augusti mater, ad eum scribens confirmat, legatos Romani pontificis, secundũ Niceni concilij diffinitiones, solitos esse concilijs præesse. Ecce quot & quantis testimonijs fidedignissimis probatum est, rem hanc iam pridem à Nicena synodo fuisse decisam. Nunc alia concilia idem sententia perscrutemur. In epi. ad Theodosium.

Damasus cum. XC. episcopis secum in Romana synodo cõgregatis decreuit, concilium Ariminense, nihil prorsus statue- In epist. 5.

re potuisse. Quoniam in eo Romani præsulis defuissent authoritas, quæ ante omnia exigebatur.

Vt habetur in §. nunc ēt. 17. distin.

Concilium sine authoritate papæ congregari non posse, apertissimè sensit synodus contra Symmachū Papā iussu Theodorici coacta: cum illi patres constanter decreuerint, ad ipsum papam quamuis accusatum pertinere, synodum illam colligere: atq; illi suam impertiri authoritatem: ne alioqui irrita foret.

Actione. 10. huius concilii.

Quid dicam? quòd ex gestis concilij Chalcedonensis colligitur, Cecropio proponente ab omnibus patribus acclamatum esse, illud appellari concilium iure non posse, quod non esset Romani pontificis authoritate collectum, nec ritè peractū. Ennodius, cuius liber à Romana synodo sub Symmacho cum CCL. episcopis collecta, fuit approbatus, ait collectionem synodalem esse in arbitrio Romani pontificis. Quid igitur clamant? cur contra Paulum. III. nunc tam vehementer insurgunt ij, qui plus sapiunt quàm oportet? Nonne hoc ipsum quod is ait, nouimus & ab antiquis pontificibus traditum? et à primis concilijs fuisse decretum? Sed mos perditorum hominum est, vt quo magis ratio deest, eo magis eorum clamor semper augeatur. Nunc vt aliæ quoq; aduersantium insidiæ detegantur, doceamus antiqua concilia iniussu Romani præsulis non fuisse coacta, & potissimū Chalcedonense quod ipsi præsertim in scholijs istis infandis c'tauere, vt ita suis ipsi præcipuis armis iugulentur. In primis autem illud monuerim, neminem oportere ab hac cōmuni omniū sententia

recedere. Quamuis quędā ex priſcis cōcilÿs ſolo iuſſu Cæſaris videantur eſſe collecta. Neq́;.n.id propterea contingebat, quòd Romani pontificis abesſet authoritas: Verùm iccirco ſolum nomē Imperatoris palàm proponebatur, vt omnes ex diuerſis prouincÿs conuocati patres, facilius conuenirēt. Cum.n.(vt prædixi) temporibus illis maxima eſſet hæreticorum potentia, et sæuities, non ſatis fuisſet, ſi (vt par erat) nudum præceptum Romani pontificis præceſsiſſet, cuius nomen multis odio erat, & parum audiebatur, vt ſemper fuit hæreticorū conſuetudo; idq́; & noſtri temporis calamitates oſtendunt. Quāobrem neceſſe erat, vt collectionem epiſcoporum fieri præciperent Imperatores, non ſine tamen pontificis conſenſu, vt ſtatim explicabimus. Ad rem itaq́; redeuntes dicimus, in concilio Niceno Oſium epiſcopum Cordubenſem vnà cum Vincentio, & Victore vices agentē Romani pontificis præfuiſſe, eoſq́; illius concilÿ diffinitionibus primos ſubſcripſiſſe, vt ſuperioritas ab ordine ſubſcriptionis conÿceretur. Præterea synodus illa petiit, vt acta ſua à Sylueſtro confirmarentur, ne alioqui irrita forent. Sic.n. licet coniicere, cum à ſuperiore confirmatio peti ſolita ſit. Deinde ex relatione multorū inſigni pietate illuſtrium, quorum ſupra memini, ſatis compertum eſt, in illo concilio inter cætera ſtatutū fuiſſe, non licere ſine Romano pontifice concilia congregari, quo fit, vt haud facilè ſit credendū, patres æquiſſimos in ſuo concilio celebrando alio iure vti voluisſe, quàm eo quod ipſi aliÿs ſtatuerunt. hoc.n. iuſtitiæ repugnaret. De-

Idē ſentit Bal. in.c.olim.de reſcrip. & hētur ī addi. ad Abb. ī c.ſignificaſti de elec. & per Archiep. Remen. ī lib.de ſynodis cap. 18.

Arch in c. Mādaſtis. 2.q.5. In præfatione ad cōcil. Sardi.

L. 1. §. quibus C.de nou. cod. fac.

Bal. in l. Fi. c. de legi. Hoſti. ī c. Qualiter. 2 de elec. & Fel. in.c. 1 .in fi. de treug. & pa.

L. 1. & to. tit. ff. quod quiſ. iu.

niq; antiquis traditionibus affirmatū eſt, synodum illam nutu Sylueſtri fuiſſe coactam, et quãuis prima fronte, ſolius Conſtantini iuſſus præceſſiſſe videatur, non tamē veriſimile eſt, id abſq; Sylueſtri voluntate actū. Nam quantū venerationis Sylueſtro Conſtantinus exhibuerit, liquet, ex eo quod eū eſſe ſummū, eſſe maximum, eſſe ſacerdotū principem prædicauit. Et quoniã in illa ipſa synodo nunquã tantū ſibi ſumpſit, vt in ſacerdotes ius diceret, quãuis ei plurimi accuſationū oblati eſſent libelli, palàm profesſus ad ſe huiuſmodi iudiciū non ſpectare. Qua in re nemo tam ſtupidus eſt, qui non videat ꝙ ridicula contradicentiū exceptio ſit, qui fruſtra iactant, id contigisſe, ne tēpus contereretur: cū de fide agi oporteret. Nam verba ipſius aperta, quibus animorū motus exprimuntur, contrariū indicant: quorū propria ſignificatio non eſt facilè adulteranda. Si igitur ea ipſa in re ita modeſtè egit, vt libellos oblatos, ne falcem in mesſem immitteret alienã, reiecerit. Veriſimile eſt, eū nō minus modeſtè in cogenda synodo ſe habuisſe: minimèq; epis, ut colligerentur, præcepisſe: niſi eorum principis Sylueſtri ſcilicet conſenſus accesſisſet. Nam in voluntate hominis excutienda plurimū inſpici ſolet, quid is facere conſueuerit. Sed iam & ad alia pergamus. Primum conciliū Romanū, in quo ipſe Conſtantinus & .CCLXXV. epiſcopi interfuere, Sylueſtri iusſu coactum eſt, eiq; præfuit Syluester, ſolam Conſtantino præſentiam exhibente.

Arelatenſe concilium. II. vnà cum Eugenio, & Quiria-

In epilogo Romani cõcil. ſub Sylueſtro.

In edicto Conſtantini.

L. Nãet ipſum cũ gl. ff. de iur. & iur.

L. Non aliter. ff. de leg. 3. L. Si ſeruus plurĩũ. § . fi. ff. de leg. i. l. pe. ff. de alim. leg.

co, Syluestri vices agentibus celebratū nouimus. Romana synodus. II. Iulio. I. præsidente habita fuit. In concilio Sardicensi plurimū honoris Romano pontifici delatū est. Statutum. n. in eo fuit, episcoporū appellationes ad illius sedē esse deferendas. Itaq; credendū est illud quoq; fuisse Iulij authoritate cōuocatū, licet integra gestorū illorum exemplaria non habeantur. Nam traditū est, multos patres, qui ad conciliū non accesserant, se ob angustas inducias & breuē nimis expectationem excusasse, culpantes Iulium Romanum antistitem. Cur. n. de induciarū angustia is repræhenderetur, qui suam in cogendo concilio non impartitus esset authoritatē? Præterea nouimus multas tunc Romano pontifici ab hæreticis redditas fuisse literas Athanasiū accusantes, multasq; è conuerso à catholicis, quæ eundē carere culpa offenderent, à quibus tum accusationibus, tum excusationibus porrectis, secuta est concilij Sardicensis collectio. Diu etiā Athanasius Romæ ob hoc, moram traxit. Ex quibus omnibus in eam adducor sententiā vt Papæ authoritas magnæ illi synodo interfuerit.

In. 4. & 7. ca. illius concil.

In præambulis ad cōcil. Sardi.

Mileuitanū concilium, in quo ratio fidei ventilatur, authoritate Papæ fuisse coactum testatur Innocentius. I. Cum. n. ad illos patres, qui ad eum literas dederant, rescriberet, inquit. Mileuitanū nostra authoritate conciliū &c. Conciliū. VII. Chartaginense non fuit sine Papæ legatis celebratū. In concilio illo celeberrimo Ephesino primo, quāuis integra eius gesta non habeantur. Nouimus tamen Cyrillum Alexandrinū, vice Papæ Celestini præsedisse. Licet mendaces aduer-

In rescripto Innocentii. I. ad Mileuitanū cōcilium.

In præambulis ad hoc concil.

sarij, & in hoc, & in Chalcedonensi negent impudentissimè, authoritaté Romanorũ præsulum intercessisse. Vt igitur hinc rabidi illorũ latratus, ac manifesta mendacia destruãtur, Chalcedonensis illius amplissimi concilij gesta, quæ ipsi potissimũ afferunt, quàm diligentissimè perscrutemur, eaq; quã do eis ita placuit, diffinitiuã nostræ disceptationis sententiã proferant. Luce .n. ipsa clarius ostendemus, in ea synodo, & cogenda, & celebranda, ac post illius confectioné, primatũ authoritatis Leoni semper fuisse delatum. Et ex ijs quid in alijs quoq; veteribus concilijs fuerit obseruatum facilè intelligetur. Rem igitur aggrediamur.

In epist. eorum ad Leonem.

Valentinianus & Marcianus Augusti ad Leoné scripsere, eum rogantes, vt magna synodus Chalcedonensis ipso authore haberetur. Quid igitur sibi velit, quòd rogant, vt ipse author fiat concilij, iudicetur. Qui porrò hoc dixerint, inspiciatur.

In Leonis epi. sto. 45.

Leo ille vir sanctissimus contestis est. Nã ad synodũ illã scribens sic ait. Amplectendũ est clementissimi principis consilium, qui nos ad reformandã ecclesiam conuenire voluit. Petri tamen iure, atq; honore seruato. Existimetis igitur nos in his fratribus, Pascasino, &c. Qui ab hoc sede directi sunt, illi concilio præsidere. Videtisne tandem vt dicat, non interesse, sed præsidere? Hoc idem asserit Leo ad ipsum scribens Marcianum Augustũ, cum inquit prædictum fratré, & coepiscopũ nostrum, vice mea conuenit concilio præsidere. Ecce quomodo (vt iam antea diximus) in colligendis cõ-

In Leonis epi. sto. 47.

ciliis, propterea iussus præcedebat Imperatoris, quòd alioqui patres ob hæreticorũ potentiam conuenire non potuissent, et hoc tamen non sine Papæ authoritate, ab Imperatoribus fiebat, Synodus Ephesina. II. cuius gesta in isto concilio erant retractanda vim ab hæreticis iam passa fuerat. Et propterea non sine ratione timendum erat, Chalcedonensem quoq; ab hæreticorũ sæuitia satis securam ac tutã esse non posse, nisi timorem accedens Cæsaris potentia & authoritas ademisset. Hac igitur de causa consentiente tamen prius pontifice, in indictione concilij nomen Imperatoris apponebatur.

Aiunt isti Leonem inuitari, nec nos id negamus, sed quo tandem modo inuitatur? quomodo rogatur? certè vt concilij author sit, vt ei præsit. Præterea animaduertendũ est, rogatũ ab Augustis fuisse Leonem, vt suam concilio præsentiam exhiberet. Sic. n. futurum sperabant, vt res ecclesiæ, quæ in II. Ephesina synodo fuerant prophanatæ, maiori ordine componerentur. Verùm quia moris non erat, vt pontificia maiestas accederet, præsertim cum in longinquis partibus cõcilia congregabantur. Sed tantum in legatis suis concilio præesset. Iccirco Leo legatos, qui concilio præessent, transmisit, ne ipse veniens quicquã suæ detraheret dignitati. Audi Paschasinum Leonis legatum coram toto concilio ipsa hæc proferentem, affirmantemq; iccirco necesse fore, vt omnia, quæ ibi erant agenda, sua prius interlocutione decernerentur, cui omnes patres assensere. Non igitur Leo inuitatur quasi synodus ipsius authoritate non colligeretur, sed vt suam tan-

Actióe. 1. concil. Chalced.

tum præsentiam exhiberet: quò magna ecclesiæ discrimina, ac dissidia præsente suo principe facilius pacarentur.

In epist. ad episcopos Dardaniæ.

Audi Gelasium, qui ait. Romanā sedem sola authoritate decreuisse, vt Synodus Chalcedonēsis cogeretur. Quid igitur adhuc plura desideramus: cum Gelasij, Leonis, ac ipsorū habeamus testimonia Imperatorū, quæ, Leone authore, Synodū aiunt fuisse congregatam. Nunc idē in ipsa celebranda obseruatū esse doceamus. Colligitur ex libellis contra Dioscorum porrectis, semper Leonis nomen concilio fuisse prælatum, atq; inde conijcitur, ipsum in gerendis illius Synodi negocijs, tanq̃ caput cæteris præfuisse, priores etenim in prioribus locis poni consueuerunt. Ex gestis eiusdē concilij habetur, á patribus dictum fuisse palam, Romanæ sedis legatos semper in Synodis, & prius loqui, & prius acta confirmare consueuisse. Arrigant aures, qui negant, & in hoc, et in alijs antiquis concilijs Romanæ sedis authoritatē tanquā caput intercessisse, ac præfuisse, cum ab eodē ipso concilio totū contrarium hoc in loco traditum sit, quod confirmatur, cū in omnibus ferè illius concilij gestis, apertissimè constet, Legatos Leonis semper prius locutos esse, ac priore loco sua nomina subscripsisse, immo quod multo etiam maius est, cum de ferenda contra Dioscorum dānationis sententia ageretur, patres concilij, Leonis vices gerentibus dixere, ipsos ibi primatum obtinere. Et propterea ipsorū esse sententiā ferre, in quam vniuersa Synodus esset concessura. Quid dicent hic aduersarij, nō minus impij q̃ mendaces: an adhuc oblatrant? O impuden-

L. 1. §. quibus. C. de nou. cod. fac.

Actione. 10.

Actione. 3.

tiam

tiam incomparabilē, non pudet negare illa, quæ notissima sunt, quæ eorū insidijs occultari nōn possunt? An etiā hoc apertissimū ipsius concilij testimonium respuent? profecto vel id faciant necesse est, vel nobis consentiant. Quid? non pari quoq; modo cum tractaretur de dānanda Ephesina Synodo II. patres omnes Cecropio proponente acclamauerunt, conciliū illud nec ritè cogi, nec rectè agi, cui Romana sedes suā nōn præberet authoritatē? Quare iam cumulatè satis ostendisse nos credimus, in illa quoq; Synodo celebranda papæ authoritatē præcelluisse. Verum quid deinde peracto iam concilio factū sit, ostendere pergamus. Tota Synodus ad Leonē scribens attestatur, ipsum sibi, vt caput mēbris præfuisse. Imperatorē verò ad ornamentū interfuisse. Hic Paulum (si lubet) immoremur, quoniā quod iam antea diximus, hoc loco non obscure probatur, scilicet Imperatores nunq̄ concilijs tanq̄ capita, ac iudicentes præfuisse. Nam hoc (vt hic apertè patet) Romano antistiti tributum est, sed interfuisse ad ornamentū, cur ita ad ornamentum? quia nullū maius concilij ornamentū est, quàm vt eius libertas Imperialibus armis ab hæreticorū vi & furore defendatur. nulla.n. re conciliū magis deformatur, q̄ tyrannide improborum, contra verò, eius ornamentū est libertas. Romanus igitur antistes secundū huius concilij sententiam, tanquā caput præerat. Imperator verò ad præsidium, & ornamentū intererat, idest ad remouenda tantū libertatis impedimenta. Et hoc est, quod prædiximus, sed pergamus. Pa-

Actione. 10.

In epist. concil. Chalcedonē. ad Leonem.

Archi. 1. c. Mādastis. 2. q. 5. Bal. in. c. olim de res. Archiepis. Remen. in lib. de synodis. cap. 18. Facit. c. primū in verbo, libere cōgregandi. 15 dist.

Facit. c. sexta. 26. distin. ibi, exequēte piissimo principe Cōstātino. ex quo

colligitur, Cæsares pōtificiæ volūtatis fuisse executores.
In eadē epist. vt supra.
In epist. eiusdē Leōis. 57. 58. & 69.
Bal. in. l. fin. c. de legi.
In epist. concil. ad Leonem.

tres illi, viri prudentissimi, & iuris non ignari, à Leone petierunt, vt gesta in ipso concilio approbarentur. Idē quoq; Augustus, & Augusta petiere. Leo autē tantum illa confirmauit, ad quæ agenda suam præstiterat authoritatem, quasi insinuaret, omnia, quæ iniussu suo acta erant, irrita esse, conciliaq; authoritate Romani pontificis, quasi quodam freno temperari, ac regi, confirmatio autem, vt sæpe dictum est, à solo petitur superiore. Quantū autem honoris synodus Leoni exhibuerit, ex eo liquet, quod ei sūmitatis titulū tribuit. Qui. n. summū quidpiam esse affirmat, nihil illo maius, aut sublimius esse pronunciat. Ex omnibus igitur ijs non obscurè demonstratū est, q̃ aperta sint eorum mendacia, qui ecclesiæ reformandæ vel potius deformandæ prouinciam se suscepisse prædicant. Iacula. n. quæ contra eam torserant, in authores suos versa retorquentur, & arma, quæ ad illam euertendam attulerant, ipsa sunt, quæ eos iugulant. Cōcilium Chalcedonense potissimū adduxerunt. nos verò concilij Chalcedonensis sententiam potissimū amplectimur. Quid. n. illustrius? quid apertius pro Romani pontificis dignitate afferri potest? q̃ irrefragabilia illius concilij documenta? In quibus planè ostenditur authoritatē Romani pontificis, & in ipso, & in alijs prioribus concilijs, ita semper cæteris præstitisse, vt quēadmodum se anima habet ad corpus, ita ad synodos se habeat pontificia maiestas. Nouimus autē citra hæresim à tanti concilii sententia discedere non licere. Non præteribo, concilium

Greg. i. c. Nal. li. 19. di. facit tex. in c. prio. 22. dist.

quoq; Ephesinum. II. fuisse Leonis authoritate collectum. Verum quia non fuit recte celebratum, illius gesta à Leone dãnata sunt. Quid amplius pro hac parte adduci possit, q̃ si quis doceat concilia iussu Romani pontificis nõ fuisse coacta, ab eodẽ vero pontifice petitũ, & ab ipsis conciliis, & ab Imperatoribus, vt conciliorũ gesta illius auctoritate roborarentur: ab eodẽ acta rite celebrata confirmari, et rursus ab eodẽ illicita damnari. Quibus.n. argumentis, quibusue aliis coniecturis aperiri possit Romanæ sedis authoritatem in conciliis cogendis, ac celebrandis præcellere: atq; hæc omnia latè Gelasius docuit, veterũm adducens exempla, quibus illud quoq; ostenditur, Romanos pontifices, & damnasse multos, quos concilium absoluerat, et quos damnauerat absoluisse, sed ea breuitatis causa prætermittantur, illud sanè non omiserim in Romana synodo sub Symmacho celebrata attestatũ esse, illius præsulis authoritate frequenter concilia fuisse collecta. Quare quid amplius hac in re dici posſit, nõ video. Quicquid.n. ad iustiſsimam causam defendendam adduci potest, pro hac parte adductum est. Nemo autẽ hic expectet vt post tot & tam claras probationes rhetorum more omnia amplificem, & aduersus istos, qui nec hominibus, nec diis parcunt, exclamẽ, O mores, O tempora, O impudentiam non repræhensione, sed exilio & supremo supplicio dignam. hæc.n. causa tam manifesta iuris æquitate subnixa est, vt nullis clamoribus, nullis figurati eloquii mẽdacijs, sed sola vi veritatis defendatur. Silcant ergo tandem

In thomo Gelasii, & in epist. ad episcopos Dardaniæ.

In.c. 1. huius concil.

L.1.C. si min. ab hæred. abst.

ii, qui tam impudenter contra Paulum. III. inuehuntur, tum si à nobis adductas authoritates contẽnunt, saltē quas ipsimet protulerunt non respuant. Multa sanè adhuc alia afferre potuissem. Verum quia mutila & manca sunt multorum conciliorũ gesta, nec potest ex iis, quæ nõ extant, pontificia potestas ac principatus ostendi, id exigunt, quod inueniri nõ potest: quod inuentum est, quod luce ipsa clarius est, negligunt. Sed cum prædicta vel plenissimæ sufficiant probationi, satis sit eorũ argumenta refellisse, qui ex huiusmodi actis tam & si imperfecta sint, aiunt non liquere, synodos illas à papa fuisse conuocatas. Nam (vt inquit Celsus iuriscõsultus) inciuile est, nisi tota lege prospecta iudicare. Nos. n. hoc ip̃m, quod exigunt, satis iam apertè demonstrauimus; cum quid in aliis synodis, quarũ acta extant integra, fuerit obseruatũ, ostendimus, cum ipsa quoq; testentur concilia, in aliis ante actis conciliis, legatos Romanæ sedis semper principatum obtinuisse. Sed nos iam ad ea, quæ tertio loco dicenda sunt transeamus.

L. inciuile. ff. de legi.

TERTIA PARS.



ERTIAM atq; vltimá suscepti operis partem exhibiturus, possum meo iure præfari, me rem vnam omniū maximè difficilem, ac laboriosam aggredi, nō tam negocij ipsius natura, quàm eorū, aduersus quos disputandū est, pertinacia, in hac enim polliciti sumus, nos omnia, quæ in contrariū adducta sunt, ac præterea nonnulla, quæ adhuc adduci possent, esse confutaturos. Quáobrem & si satis superq; ex ijs, quæ iam dicta sunt, confutationes colliguntur, & aduersantium abundè sunt detesta mendacia, tamē ne promissionibus defuisse videamur, singula quàm fieri potest cōmodissime diluamus obiecta. Parem isti aiunt, ligandi, soluendi, & pascendi omnibus apostolis traditam potestatē. Nos verò rationibus validissimis, & hominū fidedignorū testimonijs propè infinitis, et conciliorū constitutionibus expressis, ac deniq; inueterata consuetudine, id ita confutauimus, vt vel necesse sit, eos quodcūq; legitimū probandi genus euertere, (quod proculdubio ridiculum foret) vel á nostra sententia non discrepare. Inuehuntur atrociter in Paulum. III. Pont. Max. quòd dixit concilia sine ipso cogi non posse. Hoc q̃ impiè, quàm iniustè faciant, satis cumulatè fuit ostensum, cum iam docuerimus, nihil illum noui protulisse, sed quod ius ipsum postulat, quod Christus mandauit, quod veteres sanctissimi pontifices tradidere, quod concilia statuerunt, quod deniq;

fuit diuturnis moribus confirmatũ. Antiqua concilia aiunt nõ fuisse papæ iussu, celebrata, Nicenumq́; Constantinopolitanũ, Ephesinum, ac Chalcedonense afferunt. Nos contra, in antiquis concilijs authoritati summi pontificis primũ semper honoris, & iurisdictionis gradũ tributum fuisse demonstrauimus, atq; illud etiam satis apertè probatũ est, non esse mirum quod de solo Cæsaris iussu interdũ constitisse videatur. Propterea quòd id ob hæreticorũ potentiam fieret: Cum tamen Imperatores ad ornamentũ tantũ, hoc est ad libertatem concilij defendendã interessent: Pontifices verò Romani, vt caput ad præstandã authoritatem præessent, vt latè paulo ante declaratum est. Illud quoq; diximus, multa esse conciliorum gesta, quæ mutila & imperfecta ad hanc ætatem vix peruenerunt, ex quibus contra papam sumi argumentum iure non potest. Si.n. integra exhiberentur, ea fortasse pro illo facerent. Iam verò, vt ea, quæ præsertim contra nos adducuntur, potissimũ refellerentur, ostendimus Nicenam synodum sine Syluestri authoritate non fuisse peractam, vt à veteribus acceptum est. Præterea adiecimus ab Athanasio & ab alijs compluribus fidedignissimis accepiũ esse, Nicenos patres vno animo ipsis præsentibus statuisse, ne concilia sine Romano pontifice colligerentur. Quod autẽ attinet ad conciliũ Constantinopolitanũ, quãuis in eo parua admodum Romani Pontificis mentio habeatur, non tamen propterea contra nos, ex eo sumendũ est argumentũ: quoniam ob Arrianorũ furorem aliquando aliter fieri non poterat: verũtamen etiam ibi

Arg. trad. per Bar. in. L. Oẽs populi. ff. de iu stit. et iu. et per doc. in Rub. ff. de no. ope. nun. & per cano. in c. cõtingit de fi. instru.

In. 5. c. illius concil.

vidimus Romano antistiti supremũ semper honorẽ fuisse delatum, cùm statutũ fuerit, primũ honorem Constantinopolitano post Romanũ deberi episcopo. Præterea cum in Nicena synodo ita decretum fuisset (vt prædiximus) quis credat quemq̃ illius sanctissimi concilij sanctiones transgredi voluisse? Concilium verò Ephesinũ primum licet ad rem hanc adduci non debeat, cum gesta illius integra non habeantur: tamen ita celebratum est, vt ei Cyrillus Alexandrinus vices agens Celestini præfuerit, atq; ita fit, vt aduersarij sine vlla papæ authoritate celebratũ dicentes, mentiantur. De concilio autẽ Chalcedonensi nihil est, quod amplius loquamur: cũ iam abundè docuerimus, in qualibet illius concilij parte tantũ semper honoris Leoni fuisse tributum, ac eius vices agentibus, vt nullũ videatur pro papa illustrius adduci posse documentum. Clamant conciliũ Aquileiense, cui præfuit Ambrosius, in Italia celebratũ esse, in quo nulla Romani præsulis mentio habeatur. Non possum profecto non mirari, istos eò insolentiæ peruenisse, vt si quem minus aptũ nobis angulũ ex omnibus conciliorũ historijs fortè potuerint inuenire, ibi potissimum manibus pedibusq; annitantur quo nos ad fidem illi vni loco habendam: vrgeant quãuis eidem loco & authoritati multa obijci possint, contra verò, mille testimonia apertissima, & omni exceptione maiora ex eis dem historijs collecta, quæ à nobis adducuntur, planè cõtemnant. Ita solent pleriq; omnes agere, qui malã causam nulla prorsus ratione munit, defendere conantur, neq; .n. tam se defendunt, q̃ alijs insultãt,

In præambulis ad illud concil.

vt quos nulla possunt iura tutari, eos iactata, in aduersarios conuitia infatuent, & ferocire compellant. Sed nos quid contra Aquileiense istud conciliũ excipiatur, & dici iure possit, aperiamus. In primis itaq; dicimus, illius concilij acta mutila esse ac manca, nec integra ad posteros peruenisse: & propterea quæstiones nostras illorũ actorũ auctoritate decidi non posse, cum (vt iam sæpe diximus) inciuile sit, nisi tota lege perspecta iudicare. Præterea non est verisimile patres illos præsertim in Italia conuenisse, nisi papæ saltem tacito accedente consensu, idq; quoniam ita in concilio Niceno fuerat iam antea constitutum, vt à fidedignis authoribus accepimus, quorũ superius mentionẽ fecimus. Tum etiã quia concilia nõ aliter congregari consueuisse attestatum est in concilio Chalcedonensi, vt supra diximus. Ex quibus conijcitur, patres illos Aquileienses hæc transgredi minimè voluisse: Nam ea, quæ à verisimilitudine abhorrent, falsa iudicantur. Demum illud quoq; affirmamus, si concedatur (quod iure negari potest) illam synodum iniussu pontificis conuenisse, non tamen propterea hoc pontificiæ dignitati obesse: nam si gesta illa diligẽter inspiciantur, nihil noui de fide ibi traditũ est, sed quidam tantum, qui in Arrianam perfidiam inciderant, erant hæretici declarandi. Quapropter cũ iam antea error ille tum à Nicena synodo, tum ab alijs concilijs esset damnatus: hæc sententia illorũ magis conciliorũ, quæ hæreses damnauerunt, quã Aquileiensis iure appellari potest. Atq; ideo non modo patres illi in vnũ collecti, sed quilibet antistes in sua dioecesi

Bar. i. d. l. Oẽs populi, & cano. i. d. c. cõtingit. L. inciuile. ff. de legi.

Bal. in d. l. 1. c. de ser. fug.

Gelasius ĩ epi. ad episcopos Dardaniæ.

c. Acacius. 24 q. 1.

cesi quęcunq; iam dānatæ hæresis participem potuisset, ac debuisset hæreticū declarare. Qui.n.declarat, nihil noui cōstituit: sed velatū detegit (vt iurisconsultus ait). Cum igitur patres illi haud ignorarent, quænā & Romani pontificis, et conciliorū prius ea de re sententia extitisset: nihil faciebant contra pontificis potestatē ac principatū, nihil eius authoritati detrahebant, ét si eius placita ipso absente exequebantur. Non.n.ex hoc rectè colligemus, ibi papæ authoritatē propterea defuisse, Sed è conuerso fiet illatio. Qui.n.iudicis sententiā exequitur, is authoritatē iudicis intelligitur comprobare. Quid est.n.quod de suo tribuisse videatur, qui alterius cōstitutioni paruit? cū id totum vice illius fecisse iudicetur: vt alia in re talis extat Papiniani sententia. Proinde ex ijs tollitur illud adeo pleno ore iactatū atq; exaggeratum ab eis obiectum, quo vno argumento in hac controuersia quasi inuicto aliquo Achille aut Aiace vtebantur: cum ne Thersiti quidem par esse possit. Disputatū fuisse aiunt in concilio Chartaginensi, esset ne in synodo Nicena sancitū, episcoporū appellationes ad Romanū esse pontificem deferendas: & in libris illius concilij nusq; canonem hunc inuentū fuisse. Nos verò asserimus, ibi dūtaxat disputatum esse, an inter illos canones hic canon esset descriptus: proinde & si repertus non fuit, non tamē sequitur, eundē canonem non fuisse in illo concilio constitutū. præsertim cum id Athanasius, & ægyptij episcopi, alijq; plurimi, necnō & Iulius.I. & Felix.II. pontifex & martyr tradiderint, ita ipsis præsentibus à Nicenis pa-

L. A deo. §. cū quis. ff. de acq. re. dom. l. Hæredes palā. §. 1. ff. de testa.

In. l. vnū ex familia. §. 1. ff. de leg. 2.

In epist. Athanasii etc. ad Felicē. II. in. 1. et 1. epi. Iulii ad orientbles epis.

tribus fuiſſe ſancitum, idq́ tum demũ quando & concilia ſine Romano antiſtite cogi non poſſe conſtituerunt. aiunt.n. hæc duo ſimul à Nicenis patribus fuiſſe decreta. Nec mirũ eſt ſi multi ex dictis canonibus deſint: quia (teſte Athanaſio) ab hæreticis potentiſſimis deſtruebantur. Nouimus & Conſtantiũ Auguſtũ, & Liberiũ papam Arrianã perfidiam agnouiſſe, & adhuc exiſtimabimus ſanctiones Nicenæ ſynodi ab eorũ inſidijs fuiſſe intactas atq́ incorruptas? quid plura? videamus quod legati papæ aſſerebant in Chartaginenſi concilio Africanis epiſcopis diſſentientibus, id ne iure diceretur an non? vt intelligamus vtra iuſtior eſſet contẽtio. Iuſtiſſimam fuiſſe dicemus legatorũ affirmationẽ, quoniam quod ipſi aſſerebant, id à Nicenis patribus, fuiſſe ſtatutũ à fidedigniſſimis traditũ eſt, vt paulo ante docuimus. Præterea hoc idem fuit in solẽni cõcilio Sardicenſi apertiſſimè declaratũ. Iure igitur fiebat, quod vel vnius, vel alterius ex his duobus concilijs erat authoritate ſubnixũ, & vſu comprobatum, vt iam antea vidimus. Quare vel Africanos iniquè egiſſe concedendũ eſt, cum à concilij saltem Sardicenſis ſententia diſcreparint: vel dũtaxat diſceptaſſe, an ille canon eſſet inter alios Nicenos deſcriptus, quo caſu id, quod iſti aiunt, nihil nobis obſtat, cum non ſequatur, hoc propterea non fuiſſe ibi sancitũ, quòd in libris concilij non ſit repertum. Simul.n. hæc duo (vt diximus) vera eſſe poſſunt: hic canon à patribus Niceni concilij eſt conſtitutus, & is tamen in libris Niceni concilij non inuenitur. potuit.n. vel ab hæreticis ſubtrahi, vel ab

In epi. Athan. etc. ad Felicem II.

In. 4. & 7. c. conci. Sard. Argu. l. Iuſtè poſſidet. ff. de acq. poſ. l. Graecus. C. de adul.

iis, qui maiestati pontificiæ inuidebãt, quẽadmodũ alios quoq; subtractos fuisse non incognitũ est. Papam episcopum vniuersalem prohibent nuncupari, & eius rei testẽ proferunt Gregorium. colliguntq; subtiliter (vt ipsi opinantur) vel Gregorium sedis Romanæ fuisse blasphemum, vel superbissimũ esse pontificis titulum. At nos contra insurgamus. Si titulus hic superbus eis videtur, illorũ sententia superbissimi fuere Sixtus, Victor, Eleutherius, & alij complures pontifices, quos antea memorauimus, qui in numerũ sanctorũ ab ecclesia referuntur, quando & ipsi iam inde à primis ecclesiæ tẽporibus hunc sibi titulũ tribuerunt. Quin etiam quod grauius atq; intolerabilius est, veneranda. V. concilij Constantinopolitani acta impugnarentur: ex quibus accepimus Marianum & quosdam alios in epistolis suis Agapetum papam, dñm suũ, & œcumenicum idest vniuersalẽ, patriarchã appellasse. idq; nemine patrũ dissentiente. Hac eadẽ ratione prophanum fieret sanctissimũ illud concilium Chalcedonense, quod Gregorius tanq; euangelium veneratur, quoniã ab eo admissi sunt libelli à Theodoro, ab Ischryone, & ab Athanasio contra Dioscorũ porrecti: in quibus Leo vniuersalis archiepiscopus nuncupatur, idq; toto illorum antistitum annuente consessu. Si rectè igitur eo modo, quo ipsi faciunt, colligeretur, necesse foret dicere, vel hos omnes, vel solum Gregoriũ à vero aberrasse. Vtrum autẽ horum iustius sit, satis ipsemet Gregorius sũmam Chalcedonensi concilio venerationem exhibens testatur. At nos neutrũ dicimus. Quod. n. Grego-

Argu. c. semel malus, de re. iu. in. 6.
c. Ecce. 9. dist.

Actione. 1. huius cõci. in literis Mariani & aliorũ monachorũ, ad Agapetũ

Greg. 1. c. sicut 15. dist.
Actione. 3.

D. c. sicut.

rius ait, id non blasphemiæ, sed illius humilitati tribuendũ est. Quod alij dixere, id veritati est concedendũ. In eo igitur humilitas, in illis verò est laudanda veritas: nã in Dei ministris vtrũq; est laudabile, vtrũq; honestum. Negant religionis causam coram Romano pontifice, vel concilio, cui ipse præsit, agi debere, contendunt coram Cæsare, vel eius senatu esse agendam. Quod ego nihil miror, cum nouerim hanc esse veterem hæreticorũ consuetudinem: vt iudices suos metuant, ad alienos confugiant, & peruertere omnia desiderent. Sic. n. et Dioscorus in concilio Chalcedonensi, quasi suspectos haberet patres illos, petebat vt sententiæ de ipso feredæ senatus Cæsaris præesset: cui à patribus responsum est, haud quaquã licere, quæ ad religionem spectant, coram laicis pertractari. Hac eadem ratione conciliũ Antiochenũ, in huiuscemodi causis, qui adire Imperatorẽ audent, mulctandos esse declarauit. In. VIII. synodo affirmatũ est, nusq̃ sacros canones sanxisse, principes sæculares in concilijs conuenire, sed solos antistites. Hoc idem fuit disputando conclusum in concilio sub Eugenio. IIII. Senis indicto & congregato. Quid quod ipsimet laici principes palàm hoc ipsum aliquãdo testati sunt? Theodosius. n. ad. I. Ephesinam synodum scribens, ait illicitũ esse eos, qui non sunt ex ordine episcoporũ, ecclesiasticis misceri tractatibus. Theodoricus Rex alioqui impius id pariter testatus est. Is. n. in concilio contra Symmachum papam collecto aperte dixit, ad patres synodi tantũ spectare, quæ sequenda essent præscribere: ad se autem nihil præter reuerentiã

Et cõtra morem 100. d. gl. fi. i clem. i. de reli. dom. l. cũ ita legatum, vbi late Alber. ff. de cõdi. & demon.


Actione. 3.

Facit. c. Messana de elect. Vt habetur in. c. si quis à proprio. 20. q. 5.

Cap. 17. facit tex. in. c. Placuit. 11. q. 1.

Panor. in. q. incipi. episcopus, & Fely. in. ca. Apostolicæ, de excep.

Vt habetur in §. Hinc etiam, 17. dist.



pertinere. Ecce quid in proposita re etiam ipsi principes fateantur. filij. n. ecclesiæ sunt, non præsules, ac eis conuenit in ijs, quæ ad religionē spectant, discere potius ꝗ̄ docere. imperiaq́ꝫ sacris famulari, non eis dominari debere, haud incogniti iuris est. Quare huic tot et tantorū patrū definitioni etiā ij, qui cōtra nos sunt, velint nolint cōsentiant necesse est: præsertim cum hoc ipsum sit longa consuetudine confirmatū. Quid dicam quòd pontificij iuris consultos irrident, qui de viribus donationis Constātini sibi disputandū putarint: cum eam ipsi non veram, sed inane quoddam figmentū fuisse perhibeant. Mirari equidem istos, & alios quoq́ꝫ non desino, qui verecūdiæ fines vsq́ꝫ adeo prætergressi sunt, vt aliquando hanc donationem oppugnare ausi sint, illudq́ꝫ potissimū afferant, nulla in historijs ea de re extare documenta. Quæ quidē obiectio, & si multis, vt infra patebit, argumentis confutari possit: in primis tamen intelligendū est, hoc nemini iure mirū videri oportere, quoniā hæc vltimis Imperij Constantini tēporibus gesta sunt: quibus Imperatoris successores sūma ope nitebantur, ne vlla huius concessionis mentio in rerū gestarū monumentis haberetur: sed eius deleta prorsus memoria nullo vnq́ꝫ tēpore posteris innotesceret. Verūtamen quia veritas vinci nescia est, & quāuis vulnerari possit, perire tamē nō potest: nutu Dei accidit, vt tā etsi nonnulli hæc in libros suos referre neglexerint, non propterea tū alij summæ authoritatis scriptores defuerint, qui non modo huius munificentiæ meminerunt, verū etiam singillatim omnia illius verba ab origi-

c. Si Imperator 96. dist.

Bal. in. c. olim, de rescr. & est tex. no. i. c. Bū quidē. 96. dist. ibi, quos obsequēdi manet necessitas, nō authoritas imperādi. L. Minime. ff. de legi.

Alex. in. c. Cōstantinus. 96. dist.

nalibus excepta exẽplaribus memoriæ prodiderunt. Sed iam aliquos ex ijs, qui concessionis huius mentionẽ fecerunt, audiamus. Bernardus ad Eugeniũ scribens, id nõ obscurè sensit, cũ dixit, papam Constantino in his insignijs successisse. Adrianus papa vir omni veneratione dignissimus testatur, apostolos Petrũ & Paulum fuisse Constantinũ allocutos: cui sanitatem spoponderunt. Quæ subinde (vt nouimus) huic donationi causam præbuit. Hoc quoq; Hieronymus innuit, qui ad Eustochium scribens fatetur, apostolos Constantino apparuisse: illumq; à Syluestro baptizatũ fidei defensorẽ euasisse. De hac eadẽ re complures pontificiæ constitutiones æditæ iam diu fuerunt, quæ vbiq; pro legibus obseruantur: quas ita palàm mentiri, vel hæc fingere voluisse, nemo, qui quicquam sapiat, affirmauerit. Ricardus in Chronicis suis, ait Constantinũ, postq; Imperium occidentale Syluestro cessit, domicilium Byzantiũ transtulisse. Sed quid ego plura cõmemorem: cum magnæ fidei authores non desint, qui ad perpetuam rei memoriã fidedigna huiusce donationis exẽpla reliquerunt. Isydorus. n. cuius scriptis non modica fides haberi solet, inter Niceni concilij gesta huius concessionis formulam apertissimè tradidit. Illam ẽt prodidit Vincentius historiarum fidelis relator & integer. Albertus Rosatus ciuis noster, iurisconsultus illustris, & author apud eruditos probatissimus, eandẽ ab originalibus & publicis (vt ipse testatur) traditionibus acceptam in suos libellos retulit. Quid de Gelasio dicã: qui fuit omni exceptione maior, nã et is hoc magis expressè

In lib. de consideratione.
In epist. ad Cõstantinũ, & ad Helenã matrẽ.
In epi. incip. sæpissimo rogatu. & super psal. 138.
c. Fundamẽta. de elect. in. 6. clem. Romani, de iureiu. c. Eu turã cum simi.
Ricar. quẽ refert Aluarus Pelag. in tract. de plantu eccl. lib. 1. art. 41.
Vincẽ. in li. 33 à cap. 43. vsq; ad cap. 57.
Alber. in. l. 1. ff. de off. præsid.

aperire nullo pacto potuisset, quàm tum cũ acta Syluestri inter illos, qui ab ecclesia probari merebantur, libellos annumerauit. In eis etenim tota huius concessionis ratio continetur. Multi præterea alij magni nominis viri huic veritati suum testimoniũ adiecere: quos, vt breuior fiam, prætermittere decreui. Quanquàm autẽ nonnulla Hieronymi, Ambrosij, & aliorũ loca ab aduersantibus citari soleant, ex quibus colligunt varias scriptorũ fuisse sententias, vtrum Constantinus à Syluestro baptismi sacramentũ susceperit nec ne, tamen vt optimè nõnulli dixere, qui in huiusce rei veritate inuestiganda diu multum elaborarunt, ita eorũ opiniones sunt ad concordiã redigendæ, vt omnino tenendũ sit Constantinũ à Syluestro baptismũ accepisse: authoritates verò, quæ contrariũ innuunt, nõ de Constantino illo, sed de Constantino illius filio intelligãtur. Nouimus aũt eorum sententias potissimũ esse amplectẽdas, à quibus dissentientes opiniones ad concordiã adducuntur. Præterea quid mirum si qua scriptorũ discordia inuenitur? cum potentissimi pariter ac nequissimi imperatores iam pridem totis viribus elaborarint, ne fidedigna huius veritatis testimonia in lucem prodirent, sed opinionũ varietate fides eorum adulterata obscuraretur. Verùm vtcunq; se habeant, quæ ad baptismum pertinent, illud satis est, ferè neminẽ negare, Constantinũ Romæ sub Syluestro fidem agnouisse: & concilium Nicenũ ipso protegente fuisse confectũ. Sed quid hæc ad donationem quæ ab alijs vt vidimus tradita est? Quare quis iam in proposita re tam impudens reperietur, qui nõ ma-

c. Sancta. 15. dist.

Hos refert Alexãd. in. d. c. Cõstan & Card. Iac. in tract. de concil. in fi.

Iacobus Zenus ĩ li. de vi. pont. ĩ vita Syluestri. & cardi Iac. ĩ d. trac. de cõci. in fi.

Alex. in consi. 50. in. 7. vol. Soc. in cõsi. 66 in primo vol.

lit ad vnanimem tot & tantorũ patrũ, qui donationẽ prodiderunt, sentẽtiam accedere, q̃ cum nõnullis, qui nõ minus temere q̃ fatuè loquuntur, sentire? Quid.n. sibi vult, aut quid tandem probat irrefragabile illud (vt ipsi frustra putant) argumentum? quo ob id potissimũ Constantini donationẽ respuũt, quòd ea de re in multis historijs nulla fit mentio. Quis.n. adeo & iuris & rerũ omniũ potest esse imperitus, qui nõ videat hoc totũ, quicquid est, deridendũ potius esse q̃ refellendum: & non intelligat non satis esse ei, qui iura alterius conatur infringere, si ostendat nonnullas ex probationibus, quæ pro illo facerent, abesse: nisi prius suam ipse intentionẽ ita clare probet, vt res se aliter habere nõn possit. Præterea cum Romani præsules vi donationis istius iam diu multa possideant, etiam si nullã ipsi aliam probationem afferre possent, (quod ex prædictis haud conceditur) non ne tamẽ explorati iuris est, solam possessionem tantũ cõmodi tribuere possidenti, vt nisi de non iure possessoris clarissimè ostendatur, pro eo semper iudicari soleat? Hæc.n. omnia leges ipsæ, quibus omnes regimur, ita sæpe constituerunt: id naturæ ratio ita suadet manifestè: eaq; frequentissimus iudiciorũ vsus ita confirmauit, vt passim omnibus pateant. Præterea cur huius donationis monumentum in multis desit historijs iam ratio superius reddita est. Sed quare potius harũ opinionũ inuentores optant ex ijs, quæ non extant, argumenta colligere quàm iis, quæ à fidedignis patribus tradita sunt, et diuturnis moribus confirmata, fidem habere? Hic solet esse perditorũ ac futurorũ hominũ

L. Neq; natales. C. de prob. c. i pñtia extra eod. ti.

§. Cõmodũ ist. de interd. cũ si.

minũ mos, qui, quod ante pedes eſt, intueri non ſuſtinent, & cœli ſcrutantur plagas, improuidiq́ in foueam perditionis cadunt, dum ex ijs, quæ non inueniuntur, quærunt argumenta: quæ verò nota ſunt, & syncerè ſcripta, atq; vſu approbata, cõtẽnunt. Nunc & ſi ea, quæ hactenus dicta ſunt, ſatis ſuperq; ſufficiant: alia tamen adhuc, ad illuminandã huius negocij veritatẽ, adducamus, ac ne fruſtra tẽpus conteratur, ea potisſimũ, quæ ſecundũ leges etiã cæſareas firmiſſima ſunt, perſcrutemur. Dicimus itaq; pontifices iampridem (vt notum eſt) poſſediſſe: eoſq́ nullũ alium ſuæ poſſeſſiõis titulũ q̃ Cõſtantini conceſſionẽ attuliſſe. Ex quo illud iure ſequitur, vt hic donationis titulus ab eis adductus hac ſola diuturnitate poſſeſſionis legitimè ſit probatus: quãuis aliter oſtendi nõ poſſet. Rurſus poſſeſſio, cuius initij non extat memoria, iuſtiſſimũ præbet ius poſſeſſori. quin & priuilegij loco habetur, quod ſit in validiſſima forma conceſſum: cum aũt hæc iampridem à Romanis antiſtitibus tanquã à Conſtantino donata posſideantur: idq; poſt tantum tempus, vt hæc poſſesſio non modo viuentium, ſed etiam multorũ ſæculorũ memoriam excedat: perinde eſt ex ipſa iuris interpretatione, ac ſi donatio ipſa, ſeu priuilegium eius rei amplisſimũ exhiberetur, et hæc ſecundũ leges etiam Cæſaris, cuius negociũ agitur, plenam faciunt probationem. Nunc illud quoq; amplius affirmamus, quòd & ſi tanta in propoſito caſu probatio afferri nõ poſſet, nihilominus longè minor quoq; ſufficeret: nam prudentiſſimi legislatores vno animo ſtatuerunt, in antiquis non exa-

L. cũ de in rẽ, vbi Bart. ff. de vſur. Alex. in cõſi. 142 ĩ. 6. vol. Fel. ĩ. c. de 4. de præſcrip. Dec. in. l. ſi certis. C. de pac. et in ſimili ita decidit Abb. no. ĩ cõſi. 82. in primo vol.

L. Hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqu. quot. c. Super quibuſdã de ver. ſig latè Felyn. in. c. De 4. de præſcrip. & Iaſ. in. l. De quibus. ff. de legi. & ĩ. l. Q 10 mirus. ff. de f. umi.

Gl.in.l. At qui natura.§. cum me.ff. de nego. gest. Bar.in.l. pen.ff.de cõdi. & demõ. Ang. in.l. Titius.ff. qui.mo.pig.vel hi.sol. Alex.in cõsi.187.ĩ 1. vol. & in cõsil. 82.in.1.vol.ĩ cõsi. 5.in.5. vol.ĩ cõsi. 90. in.6.vol. & in cõsi.101.ĩ.7. vol. Soc.ĩ cõsi. 205.in.1.vo. Fel.in.c.veniẽs de ver.sig.&ĩ c.cũ cãm de proba.& in.c. veniẽs nu.17.de testi.

Bart.& alii in prohem.ff. Sal. late in prohem. C. Zab.in cle. Romani de iu. iu. & latissime Fely. in.c.solitæ, de maio. & obed.

L. Eius, qui.§. quod.ff.si cert. pet.cũ cõcord.

Arg.l. Nõ est verisimile .ff. quod met.cau.

ctam prorsus requiri probationẽ, sed indicia et famam suffi cere. Nimis quippe graue esset, si à quocunq; vel antiquissimo possessore plena rerũ possessarum probatio exigeretur. nam multa, quæ tractu tẽporis contingunt incõmoda, efficiunt vt res humanæ diu in eodem statu permanere non possint. quapropter ita(vt prædiximus, summa & honesta ratione exigente legibus constitutum fuit. Quare illud vnum hac in re videtur superesse adhuc perscrutandum scilicet an fama & alia indicia afferri possint nec ne? Famam porrò ea de re notissimam esse nemo est qui nesciat: cum variarum ætatum scriptores aliquid de hac ipsa donatione literarũ memoriæ mandarint. Testes etiã innumeri iuris ciuilis & pontificij doctores non defuere, qui tum antiquis, tum nostris temporibus de illius donationis iure disceptantes nunquã dubitarunt, an facta fuerit: cum eorũ, quæ non sunt, nullæ sint qualitates. Diu.n. inter multos tam Cæsarei q̃ pontificij iuris interpretes ea de re disceptatum est. quod sanè ridiculũ foret, nisi id ab antiquioribus ipsi accepissent. Quinimmo nõnulli authores & bonitate et præcellenti doctrina illustres, quos supra opportunè retuli, huiusce donationis formulam in libros suos retulerunt. Indicia quoq; non desunt, quæ valde vrgeant: cum nouerimus Constantinũ sedem Cæsaream ab vrbe Romana Byzantium transtulisse, nec verisimile sit, pontificem, cuius tunc modica erat potestas, tot ac tantas vrbes nisi consentiente & adiuuante Imperatore obtinere potuisse. Præterea huius rei firmissimum est argumentũ, iusiu-

randū quod Imperatores, cum à pontifice coronantur, de donatione Constantini non infringenda in hanc vsq; diē suscipiūt. Multæ quoq; aliæ validissimæ coniecturæ non desunt, quas infra paulo post adducemus. Sed quid ego his vtor argumentis? quasi res dubia & obscura sit? cum Zenonem Imperatorem videamus in suis legibus, quæ vbiq; hodie seruantur, & quarum memoriam nulla vnquā ætas delebit, dicentē: Diui Constantini, qui veneranda Christianorū fide, Romanorū minuit Imperium &c. Ita enim expresse in codicibus antiquis & manu scriptis legimus, quāuis nonnulli deinceps fuerint impudenter adulterati, in quibus loco illius verbi, minuit. scriptum est, muniuit. ne tantū ac tam apertū testimonium in legibus Cæsaris contra ipsos Cæsares pariter et contra aduersantium insidias inueniretur. sed libri veteres, qui sunt omni fide dignissimi, rem hanc clarissimè prodiderunt. Quod cum ita sit, quis non intelligit veritatem hanc ita esse perspicuam, vt dissimulari non queat: & quò magis occultatur, eò magis semper eluceat? Videtis ne igitur vt ipsum Imperatorem, cuius causa agitur, veritatem hanc profitentem habeamus? idq; non inconsulto aut obiter, sed in ipsis legibus constituendis. Hæc eadem ferè & Iustinianus Imperatoriæ vocis oraculo protulit. Ait. n. Leonem Augustū post Constantinū fidei principatum auxisse. Ex quibus verbis procul dubio ostenditur, Iustinianū quoq; Constantini donationem agnouisse: & à Zenonis confessione minimè discrepare. Quodnam autē hac in re maius indicium? Quæ gra-

Barb. in cle. 1. de iur.

L. Diui. c. de nat. lib.

L. 1. c. de cōse. In auc. de non. ali. aut permu. reb. ec. in prin. iuncta gl. in. l. 1. ff. de offi. præf. vrb.

uior confeſſio deſiderari poteſt? nulla opinor. Quid igitur adhuc garriunt ij tota mente abalienati, qui nec quid leges, nec quid ipſum poſcat ius vnquã intellexerunt? & qui, vt iura Cæſaris tueri videantur, ipſius apertiſſimas deſtruunt conſtitutiones? Huic argumento ſiquis forte obijciat, Zenonis verba fuiſſe tantũ enunciatiua, quæ diſponere non ſolẽt. Nos ei reſpondemus. in rebus antiquis verba enunciatiua pleniſſimam facere probationẽ: eãq; alijs probationibus eſſe potiorem. Illud addimus, legiſlatores ſtatuiſſe, verba narratiua principis de ijs etiam, quæ à ſuis prædeceſſoribus geſta ſunt, plenè probare: præſertim vbicunq; res eſt antiqua. Quin illud quoq; addo, verba enunciatiua etiam ob aliam cauſam prolata ad plenam ſufficere probationẽ, vbi piæ cauſæ fauor id ſuadet: vt eſt in propoſita re, in qua eccleſiæ negociũ agitur. Illud autem puerile eſt, quod quidem dicere non erubeſcunt, donationem hanc & inſinuatione & alijs iuris ſolẽnitatibus caruiſſe: atq; ideo irritam cenſeri oportere. Cũ etiam ij, qui primoribus tantũ labris iuris ciuilis & põtificij ſcientiam attigerunt, optimè norint, donationem eccleſiæ factam, tam etſi magna ſit, ratam eſſe: quãuis nulla inſinuatio aut ſolẽnitas in ea celebrãda interceſſerit. Quin quod miremur, quotieſcunq; donatur eccleſijs, optima menſura eſt (vt leges Cæſareæ ſtatuerunt) rerũ donatarũ immenſitas. Præterea donationes, quæ ab ipſis fiunt Imperatoribus huiuſcemodi ſolẽnitate non indigent: ne leuibus hiſce tricis eorum maieſtati detrahatur, omni. n. legũ vinculo ſunt ſoluti. Rur-

L. Ex hac ſcriptura, et ibi do. ff. de don.
Dec. ĩ cõ. 595 & Fel. in. c. cũ cãm, de prob.
Alex. ĩ cõſ. 15 in. 5. vo.
Aret. in. l. ſi is qui. ff. de teſta.
Iaſ. ĩ cõſi. 155 in. 4. vol. et eſt text. ĩ. l. 2. C. de dot. prom. et in. l. 1. §. ſimiliq; modo. C. de lat. lib. tol.
Bar. in. l. illud C. de ſacr. ec.
Abb. ĩ. c. Relatũ, de teſ. Fulg. in cõſil. 105. §. Sinimus, in Auc. de non al. aut. perm. re. eccle.
L. Sãcimus. §. excepti. C. de don.
L. Princeps. de legibus.

ſus huic concluſioni non refragatur, ſi fortè diceretur minimè conſtare, Syluestrũ donationem hanc ratam vnquã habuiſſe: & propterea inanem atq; inualidam fuiſſe, quoniã ſtatim reſpondeo, in donationibus eccleſiæ factis ius ipſum hanc nõ exigere ſolẽnitatẽ. Huc accedit quòd cum donatio ipſa fuerit ſcripto interueniente confecta, iure potuerit quandocunq; rata haberi: cum verò nouerimus deinceps ipſos pontifices bona hæc donata poſſediſſe, conſequens eſt, vt donatio re ipſa rata habita ſit. Neq; ſanè id quicquã eccleſiæ iuri obeſt, quòd quidam tyranni, quæ fuerant irreuocabiliter donata, impietate violẽta inuaſerunt: cum id, quod noſtrũ eſt, ſine facto noſtro nobis auferri non poſſit. At ſiquis dicat, ſolẽnẽ rei donatæ traditionem iure exigi, eamq; huic donationi defuiſſe: atq; ideo irritam eſſe oportere. Reſpondeas licet, Cæſares ipſos conſtituiſſe, dominiũ rerũ, quæ donantur eccleſijs, ipſo iuris miniſterio abſq; vlla traditione transferri. Illud denũ non prætermittam, antiquitatẽ tẽporis id præſtare, vt acta, qualia diu habita ſunt, talia cenſeantur interpretatione iuris eſſe: & ritè ac iure celebrata iudicentur: atq; in eis interueniſſe omnia, quæ requiruntur, ſolẽnia: quãuis hoc alioqui doceri non poſſit. Quãobrem ex prædictis omnibus iure colligimus Conſtantini donationẽ nõ modo eſſe veram, ſed eam etiam cum requiſitis ſolẽnitatibus fuiſſe confectã. nec minus ad hoc probandũ prædictæ iuris interpretationes ſufficiunt, quàm ſi ipſius donationis Conſtantini manu ſcriptũ documentũ proferretur: nam legũ coniecturæ, probationes liquidiſſimæ nũcupantur.

Bald. in d. L. illud gl. i. c. cordis oculus. 1. q. 7.

Bar. î. l. Nudarõ. ff. de dona. Imo. î. c. ſi cautio, de fid. inſt. Arg. L. Paulus nõ tantũ verbis ff. re. ra. ha. L. Sicut. c. de act. & oblig. cũ ſimil. L. Id quod noſtrũ, ff. de re. iu.

L. ſi. C. de ſacroſ. eccle. L. Si filius fa. vbi Sal. C. de peti. hær. l. qui in aliena. §. ſed et ſi nõ, vbi barto. Are. et Iaſ. ff. de acq. hær.

L. Licet Imperator ff. de leg. 1. Glo. et Bal. î l. ſi tutor. C. de pericu. tut. gl. & Ang. î. l.

1. C. de test. mili. Fel. i. c. Prudentia, col. pen. de of. deleg. & Ias. in cōsi. 25 in. 1. vol.

& quæ liquidam exigunt probationē, possunt sola iuris cōiectura probari. Ex quibus omnibus patet, rem hanc apud iurecōsultos esse perspicuam. Quæ quãuis dubia esset (id quod iure optimo negatū est, & probatū) Romanæ tamen ecclesiæ causa potior esset: nam in ambiguis pro pia causa semper ferendam esse sententiam, summãq; esse rationē, quæ pro ea facit, certo certius est, ac sæpissime constitutum.

L. Sūt personæ ff. de relig. & sū simil.

Quid adhuc igitur vultis amplius? nū expectatis vt Christus ipse de hac re testimoniū dicat? nihil putatis ad eruendā veritatem: potissimum in antiquis, valere legum coniecturas? nihil lectissimorū hominū authoritates? nihil ipsorum Cæsarum testimonia? nihil denicp vetustissimam hanc Romanorū antistitū possessionē? Manifestas veterū historias quæritis, historias vobis illas vel facillimè exhiberemus, nisi eas tū impiorum quorūdam Imperatorum potentia, tum effrenatus hæreticorum furor, tum eorū, qui iam pridem hanc eandē quam & vos defenditis, perfidiam agnouerunt, inuidia fœdasset, ac nobis reluctante conscientia eripuisset. Cæterū vtcunq; se res habeat, hæc tot et tanta, quæ diximus negare vnquā non poteritis, nisi negare omnia constituistis. Quare iam ex omni parte satis superq; ostensum est, donationem hanc omni prorsus ambiguitate carere: & propterea (vt sapientes viri senserunt) qui contrariū quicq; huic assereret donationi, non procul distare ab hæresi videretur. Hæc autem omnia plana sunt & perspicua etiam si Constantinū purè ac simpliciter donasse ecclesiæ concederetur. Verùm nos

Panor. in cōsil. 84. in. 1. vol.

restituisse potius quam donasse inferius aperiemus. Id enim à Iureconsultissimis ita vnanimi consensu & apertè fuit acceptum, vt ab eis dissentire, non modo impium, sed etiam stultissimũ videatur. Quod cum ita sit, consequens est, vt multò magis cessent ea omnia, quæ in contrariũ adducuntur.

Glo. in. c. Ego Ludouicus. 63 dist. Io. de lig. ĩ cle. Romani. de iureiu. Alex. in cõsil. 229. ĩ 1. vol. Abb. in cõsi. 82. in. 1. volu. & multi alii.

Graue piaculũ committere mihi videar, si queam hoc loco reticere, quòd apud prudentes et integros viros ne suspicio quidẽ potest oriri, concessionẽ hanc vel inualidam fuisse vel fictam. Quoniam nisi veritatis, atque iuris ipsius robore foret subnixa, & diuinitus data, certè nec eius fama omnium sermone adeò percrebuisset, nec multi sanctissimi pontifices, qui post Syluestrum hæc bona tanquã ad se hoc nomine spectantia possederunt, voluissent ea contra ius tanto consensu occupare, nec tot Constantini successores, qui alioqui fuere acerrimi hostes ecclesiæ vnquam pertulissent tantam ac tam insignem Imperij partem ab illis pauperculis detineri, vel saltem verisimile est, quòd in primis illis temporibus, in quibus adhuc horũ recens erat memoria, concessionem hanc vel figmentũ quoddam fuisse vel saltem inualidam esse suis sanctionibus declarassent. Deniq; nisi hæc vera & valida, & à Deo essent nunquam Christus ipsè perferre potuisset vt tot tenebræ in hunc vsque diem mentes fidelium obscurassent, & tantus in ecclesia sua error tot sæcula fefellisset. Ita enim licet mihi conijcere, & propè diuino illo vti Gamalielis argumento, ea scilicet, quæ à Deo data non sunt diu firma, ac stabilia esse non posse. vbi. n. Christus, qui se vltrò ipsam esse

Arg. l. 3. §. 1. ibi. consentiens fama cõfirmat. ff. de testi. Ita arguit tex. in. c. Lugdunẽ. 9. q. 2. & in. c. oĩs qui. 7. q. 1. facit. L. de minore. §. tormento. ff. de quæst. Argu. c. semel malus, de regu. iu. & l. Nõ oẽs §. à barbaris, ibi, si emansor. ff. de re mil. Zab. in cle. Romani. de iureiu. Act. 5.

c. pricipatus et c. cũ Paulus. 1. q. 1. veritatem profitetur, non est fundamentũ, ibi omne super ædificatũ cito corruit. Verùmenim verò cum repetimus animo, & optimos patres ab his bonis se nunquam abstinuisse, et iniquissimos imperatores nihil vnquam huic donationi contrariũ statuisse, immo eam præclaros illos Carolũ. I. Henricũ. II. Othonem. IIII. Federicũ. II. & Carolũ. IIII. confirmasse: ac deniq; Deum ipsum hæc in ecclesia sua tamdiu pertulisse: quis citra dementiam possit ea de re amplius vel dubitare vel obloqui? hæ. n. tot simul iunctæ coniecturæ (vt à maioribus nostris accepimus) plenæ sufficiunt probationi. Postremo silere non possum huic cessioni diuinas quoq; traditiones accedere, ac consentire. Et ante omnes alios si rectè intueamur, sese offert diuinum illud vaticiniũ, quod Dauid fortasse concessionem hanc præsentiens ædidit dicens. In manu tua Domine magnitudo & Imperiũ omniũ, tuæ sunt diuitiæ, tua est gloria, tu dominaris omnibus. Ego autem & populus meus quid sumus aut possumus tibi promittere, vel dare, cum tua sint omnia? Sed hæc ipsa, quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. Hæc ille. Quis neget hoc in loco cessionem illã Constantini iam inde à primis à vate illo pariter & rege fuisse insinuatam? Ad hoc accedit illud Hieremiæ, cui dixit Dñs. Ecce constitui te hodie super gentes, & super regna. Hieremiam verò papæ esse typum sacræ constitutiones declararunt, à quibus nefas est dissentire. Nouimusq; (teste Apostolo) hæc omnia illis in figura contigisse, scripta autẽ esse propter nos, in quos sæculorum fines deuenerunt. Præterea

Vt colligitur ex cle. Romãi, de iureiu. ex. c. Fundamẽta, de ele. in. 6. ex. c. Peruenerabilẽ, qui fi. si. leg. & ex. c. Ego Ludouicus. 63. dist. idq; ait Abb. in cõsi. 84. in. 1. vo. & Alex. in c. Constãtinus. 96. d. qui borũ nõia exprimit. Bal. in. l. si creditoris, ĩ Ant. lec. C. de fidei. cõ. gl no. i. l. 2. ff. de exc. tut. Imol. in consil. 191. & Soc. in cõsi. 149. ĩ. 1. vol. Prĩo Paral. vl. Hierem. 1. In. c. solitæ, de ma. & obe. Grego. in. c. Nulli. 29. d. & c. 1. 22. dist. Pri. ad cor. 10

terea quidnam aliud pius ille egit Constantinus? quã ut Christo, quod iure suum erat, id eius vices agente in terris Syluestro redderet? Non ne Domini est terra & plenitudo eius? Psal. 23.
Non ne illum dixisse nouimus data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra? Non ne ipse idem ab hoc mortaliũ cœtu discessurus amplissimam hanc potestatem Petro concessit, dicens. Tibi dabo claues regni cœlorum. Quodcũq; ligaueris &c. Ex quibus sane verbis iura terreni & cœlestis Imperij in Petrũ constat fuisse translata. Id.n.ita iam antea declaratũ est. Non ne hoc deniq; cum ad cœlũ esset ascensurus eidem confirmauit? dicens. Pasce oues meas. Qui quidem sermo temporale quoq; Imperiũ indicat: nam apud antiquos ipsi reges, pastores nuncupabantur, vt latius in prima huius disputationis parte deduximus. Et quãuis hæc videantur Imperium eorũ omnium, quæ sunt sub Sole, complecti, quæ tamen à pontifice non possidentur: satis est tamen ostẽdisse, concessionem Constantini à diuinis traditionibus adeo non discrepare, quin eis vel maxime innitatur. Nec quisquã excipiens illud obijciat, Christũ ipsum aufugisse, ne rex eligeretur. Respondemus.n. eum propterea huiuscemodi electionem abnuisse, ne regni sui, per quod reges regnant, præcellentiæ derogaret, illum quippe in id dedecus incidisse constaret, si regnũ more aliorũ mortalium suscepisset. idq; potissimũ cum explanauerit, se claritatem non esse ab hominibus accepturũ. Hac eadem ratione illud quoq; Io. 5.
refellitur, Regnum meũ non est de hoc mundo: hoc est non Io. 18.

Matth. vlti. ex his.n. verbis papã hẽre in toto orbe Imperium ait Bar. ĩ trac. ad reprimẽdũ ĩ verbo. per edictum.

c. 1. 22. d. facit. L. 1. C. de offi. ei, qui vi. al. ge. & l. qui bona. §. pe. ff. de dam. infect. Inn. in c. Licet ex suscepto, de fo. comp. & in c. Quod super de vo. Fel. in c. trãslato. de cõs. Io. 6.

Prouer. 8.

ab hominũ electione, aut successione, sed à Deo ipso originem traxit. Rursus id Christus protulit, vt hoc sermone patefaceret, eos ad regnũ huius mundi pertinere, qui non diuino præsidio, sed humanis viribus se ab illatis iniurijs putant esse defendendos. huic .n. expositioni verba illa, quæ statim sequuntur, videntur adstipulari. Si ex hoc mundo esset, ministri mei decertarent &c. Possent multis alijs argumentis hæc & alia quæcunq; sunt obiecta dissolui, & nostra intentio magnis authoritatibus comprobari, quæ omnia à maioribus nostris, qui rem hanc potissimũ excutiendam susceperant, plenè aliquando tradita sunt: Sed ea vt recenseamus nec huius temporis est, nec parui sanè laboris. Illud vnum aperuisse sat est, concessionem istam diuinis (vt diximus) documentis inniti, eamq; propterea restitutionem potius q̃ donationem iure nuncupari posse: cum ita factum sit, vt in Syluestro fuerit Christo ipsi pars eorum, quæ sua sunt, restituta. Feruntq; ita Innocentium IIII. Frederico Imperatori, quem ab imperatoria dignitate deiecerat, apertissimè dixisse. Nec aliter sanè credendũ est, q̃ Constantinum duce & authore Deo, hoc tam præclarum ac memorabile facinus edidisse: nam cor regis in manu Dei est. Verum cũ hæc ita sint, non ab re neq; iniucundũ fore arbitror, si hoc in loco huius rei ratio inuestigetur, & quamuis non modo arcanorum Dei ratio imperscrutabilis sit, sed eorũ etiam, quæ à maioribus nostris tradita sunt (teste iurisconsulto) quandoq; causa reddi non possit, si

Ita tex. i. c. 1. 23. q. 36

Aluaro. Pelag. latè hæc tradit in tract. de plãctu ecclesiæ, li. 1. art. 37. 43. et. 59. & Ale. in. c. cũ ad verũ 96. dist. Bal. ĩ præludiis ad feuda. Glo. in. c. Ego Ludoui. 63. d. Io. de li. in cle. Roma. de iure. iu. Ale. in cõsi. 229. i. 1. vol. Abb. ĩ cõsi. 82 in. 1. vol. Alu. Pel. in. d. arti. 43. &. 59. & Alex. in. c. Cõstanti. 96. d. Prouer. 21.

L. Non omniũ ff. de legibus.

tamen quispiam fortasse tanto huius inuestigationis deside rio teneretur, vt omnino aliquam optaret concessionis illius rationē intelligere is sciat, in voluntate alicuius excutienda plurimū spectari oportere, quid is, cuius ratio voluntatis exquiritur, facere consueuerit. hoc. n. modo optimū esse argumentum legislatores docuerunt. cum autem illud exploratum sit, Christum iam inde ab initio fuisse hoc vno potissimū delectatum, vt iisdem quandoq; ad sustentandam atq; augendam religionem suam instrumentis vteretur, quæ ad eam ipsam euertendam orta esse videbantur: vt hoc tam illustri testimonio, q̃ incomparabilis esset Christi potentia, & q̃ vera eius religio passim ab omnibus intelligeretur. huius. n. rei manifestus ac fide dignissimus testis (vt multos alios prætermittam) est Paulus, Paulus inq̃ ille huiusce fidei hostis acerrimus, ac indefessus, qui deinde ad eam defendendam adeo est accensus & animatus, atq; ita in prædicando Christi euangelio cæteris omnibus præfuit, vt vas electionis appellari mereretur: Hac ego ratione adductus, opinor etiam in re proposita iure coniici posse, Constantini concessionem non sine Dei numine contigisse, vt Romanæ illæ vires, quæ iam antea Christianam religionem opprimebāt, eandem defenderent: illudq;, á quo potissimū Christi fideles trucidabantur Imperium, eisdem fidelibus subijceretur: ac deniq; vt ibi veræ huius religionis caput emineret, vbi superstitionis caput excellebat. hanc. n. tam amplam ac præclaram victoriam, hæc tam insignia trophea, non humana

L. Si seruus plu riū. §. fin ff. de leg. 1. L. pe. ff. de alim. leg.



Hiero. 1. c. Beati. 2. q. 7.

N ij

virtute, sed diuina manu esse parta nemo iure vnquam dubitauerit. Posset alia quoque ratio ijs hunc in modum expositis adijci, Deum scilicet iccirco pontificibus Romanũ hoc Imperium subegisse, vt quàm ampla esset Christi maiestas ex eorũ etiam dignitate dignosceretur, quibus potestatem eius in terris exercere datum erat. de illorum. n. præcellẽtia illud scriptum

Psal. 138. fuisse in sacris antiquorum literis opinamur. Nimis honorati sunt amici tui Deus, nimis confortatus est principatus eorum. Non ne illud quoque magno harũ, quas attulimus, rationũ testimonio est? Cũ animaduertamus omnes ferè florentissimas olim ciuitates, quæ priscis illis temporibus imperabant, aut tam cum florerent cecidisse, aut postea fuisse ab humanarum rerũ dominis tempore et fortuna, vel funditus euersas, vel penè deletas. Roma tamen huc vsque ita cæteris regijs vrbibus antecellit, vt fateri omnes non solũ possimus verũ etiam debeamus, illi vni æternitatem Imperij esse diuinitus datam: cui nulla vnquã ætas finem sit allatura, & huius regni sceptrum non homines, sed ipsum plane Deum, qui semper ille idem est, suscepisse: sibique hoc vnũ è toto terrarum orbe sempiternũ immobileque domiciliũ delegisse, vt eius adiumento potestas ac iurisdictio spiritualis & aptius & magnificentius exerceri posset: eique quasi honorifico ac validissimo cuidam præsidio inniteretur. cum. n. ad officiũ summi pontificis potissimũ spectet errantes corrigere, ac rempublicam Christianam ad bene beatèque viuendũ non modo hortari, sed etiam vrgere ac compellere, cum ipse sit Dominici

Roma, vrbs æterna. in. L. 1. C. de pri. corp. vrb. Rom. lib. 11. et in. L. 1. C. de suar. e. li. Roma, vrbs sãctissima, in. L. Senatores. d. de incol. lib. 10. Cyril. latè ĩ li. thes. et est tex. in. c. Nouit, de iud. c. Per venerabilẽ, qui fi. si.

gregis pastor & custos, vt latè iam antea fuit ostensum: consequens est, vt ei quoq; illa omnia intelligantur esse concessa, sine quibus hæc agi non possunt: constat autē sine causarum cognitione, sine correctione morum ac etiā sine pœnarum iniunctione, quibus mali coercentur, & boni quiescūt, non posse homines ad hanc vitæ honestatem adduci: ergo ad papam pertinet cognoscere, hortari, compescere, & punire, quæ omnia sine huius terrore Imperij exerceri nunquā possent ob deprauatos hominū mores. Quare hac tam firma ratione fateri necesse est, spirituali iurisdictioni regnum hoc temporale adiungi oportuisse: nam (vt Isydorus ait) sæpe per regnum terrenū, cæleste regnū proficit, vt disciplinam, quā vtilitas ecclesiæ exercere non præualet, ceruicibus superborū potestas principalis imponat. Et me hercule si vera dissimulare non volumus, nisi ecclesia hoc qualicunq; Imperio frueretur, non ne tota eius potestas etiam in ijs, quæ spiritualia sunt, prorsus vilesceret, atq; ab omnibus ferè suppeditaretur? Quis est in adeo lucis expers? qui non videat his temporibus charitatē fidelium ita refrigescere, vt non modo subditi sed etiam maiores illi qui ad ecclesiam defendendā iure potissimū astringuntur, totis viribus nitantur, vt hæc iurisdictio ecclesiæ corruat, et radicitus euellatur, & nisi Romani antistites libidini eorū voluntatis obsequantur, illorū famā lacerant, atq; illis minari & graues etiam (proh dolor) iniurias palam facere non erubescunt. Quinam alij hodie obsecro sunt qui maiorum ecclesiarū sacerdotia conferant q̄ laici

leg. c. 1. de tre. et pa. c. Licet, cū gl. de for. cōpe. cum simi. L. 2. cū ibi no. ff. de iurisdi. om. iu. Ang. latè in cōsi. 290 c. Factæ. 4. di.

c. Pricipes. 23 q. 5.

principes: id quod (vt iam antea vidimus) & à diuinis concilij Chalcedonensis traditionibus, & à multis alijs, atque à sacris constitutionibus declinauit, quibus vniformiter est sancitum, spiritualia non posse vllo pacto à laicis pertractari: & contrarium vsum, non consuetudinem sed abusum esse. Nec quisquã obijciat, hæc principes agere vi authoritatis illius, quam eis ipsi Romani pontifices concesserunt. Quis enim non intelligit rem hanc, quæ adeo à tramite iuris aberrauit, & pontificiæ maiestatis dignitatem tantopere fœdauit, mali fuisse exempli: & ideo (vt iurisconsultus ait) esse reijciendam. Principes. n. ipsos etiam atque etiam deceret huiuscemodi repudiare concessiones, atque imitari illud memorabile documentũ, quod à Ludouico Imperatore accepimus. Cum. n. ab Adriano pontifice Carolo Magno ob ingentes ab eo pro ecclesia res fortiter pieque ac fœliciter gestas, esset facta concessio, quæ deinde fuerat à Leone Othoni & successoribus in Imperio confirmata: in qua continebatur, vt futurorũ semper electio pontificũ ad Cæsarẽ pertineret: Ludouicus ille nunquã satis laudatus Imperator hæc dignitatẽ ecclesiæ dedecorantia perhorrescens, vltrò huic tanto priuilegio sedente Paschali pontifice solẽniter renunciauit: tametsi multa ab Imperatoribus illis in ecclesiã collata beneficia huic rei causam præbuissent. Huius ego tam præclari ac liberalis animi optarim nostri temporis principes esse imitatores: vt hac via ad verã gloriam contenderent. Sed de ijs hactenus. Nunc pergamus. Quinã sunt illi amplius, qui beneficijs à

Actione. 1.

c. Messana, cũ ibi not. de elec. cũ concor.

c. Laicis, cũ gl. 16. q. 7.

L. Si quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pen. l. Exẽplo. C. de prob.

c. Adrianus. 63. dist.

c. Ego, Ludoui. 63. dist.

papa concessis vti frui queant, nisi sæcularium principum ante omnia consensus accedat, & ab eis expressa huius rei rescripta indulgeantur? Vbi nunc sunt ecclesiæ immunitates illæsæ? Vbi religio non violenta? Vbi priuilegia clericorum intacta? Vbi hodie iusdicentes laici manus in clericos non inijciunt? Vbi denique formidabiles illæ (fœdum Dij immortales facinus) censuræ ecclesiæ non contemnuntur? Nempe non dicam nulli, at certè pauci sunt, qui horum criminum hodie sint immunes. Sed caueant ne Deum tantarum vltorem iniuriarum experiantur. Ozias.n. propterea quòd sacerdotum officia sibi vendicare nitebatur, fuit à Deo lepra percussus. Balthasarem regem, qui vasibus templi in suis conuiuijs vti non horruit, graues ob id pœnas dedisse non ignotum est. Heliodorus ab Antiocho rege missus ad ærarium templi auferendum, fuit ab equo diuinitus veniente penè interfectus. Quæ quidem omnia deberent eos, qui sibi vel arrogant, vel contemnunt ecclesiæ potestatem, deterrere. His ego sanè rebus (pace illorum dixerim) non solum commoueor animo, sed etiam toto corpore perhorresco: atque ex ijs, quæ ita perspicua sunt, vt vel solo oculorum sensu iudicari possint, vehementissimè vereor futurum fuisse, vt nisi huius Imperij potentia & maiestas nimios laicorum conatus se in ecclesiæ perniciem efferentes aliquantulum reprimeret, eosque temere in maiestatem pontificiam irruentes quasi quodam freno cohiberet, tota corrueret ecclesiæ potestas: nisi id fortè diuina vi prohiberetur. Quibus.n. dempto hoc Imperio præesset amplius Christi

Côtra not. per Fel. in. c. Ecclesia. S. Mariæ. nu. 123. de côs.

2. Para. 29. et in. §. itē Balaā 2. q. 7.
Daniel. 5. et in c. vestimēta, de cons. d. 1.
2. Mach. 3.

Vicarius? Quomodo iurisdictionē vllam exercere sublata authoritate posset? Si.n. nec cœlestis iræ timor audaciam hominum terret, nec eorum animos religionis amor accendit, quin ab eis illa, quæ omnium sententia ditioni ecclesiæ sunt subiecta, tam iniustè (vt cernimus) occupentur, & contemnantur: quid fieret si hoc quoq; huius Imperij careret ecclesia adiumento? tota certè illius potestas (nisi id ipse Deus auerteret) destrueretur. Hæc ego me hercule per quàm libenter prætérijssem, verùm quia non consulto sed casu in horū mentionem incidi, ea piè certè proferre me veritas coegit, quæ ita perspicua sunt, vt obscurari à quoq; nec possint nec debeant. Cæterùm dicet fortasse quispiā, hæc non tam vehementer, vt nos arbitramur, esse culpanda: quoniam ob clericorum ipsorū delicta eueniunt, qui si bene sanctèq; (vt par esset) viuerent, omnes passim eis libentissimè parerent. Ego verò ingenuè fateor me nullorum vnquā præsertim clericorum demerita esse laudaturum, sed quisnam tandem ille est, qui sine aliqua labe inueniatur? nonne omnis homo mendax? nonne contra naturam penè est (teste Hieronymo) vt sine peccato aliquis sit? Seipsos colligant obsecro, qui hæc obijciunt, & qui nam tandem qualesue ipsi sint, introspiciant. nihil.n. iniustius est, q̃ eos aliorū vitæ rationem poscere, qui suæ reddere non possunt, ij sunt in quos Gregorius inuehitur dicens. Multi sæcularium hominū cum plus sacerdotis vitam q̃ suam discutiunt, in magnum crimen incurrūt. magna.n. trabe vulneratos habentes oculos, eamq; negligentes:

Psal. 115.
In epist. ad Oceanū, & hētur in. c. vnū. §. nomine. 25. dist.
Vhētur in. c. Multi. 1. q. 1.

tes, festucam tenuem in aliorũ conspiciunt oculis, quam dũ incautè festinant auellere, erroris in foueam dilabuntur. Hæc ille. Quid.n.æquius est: quàm eos, qui alterum accusant, non minus famæ atq; honori suo timere, q̃ eos, qui accusantur. Hæc est illa memoratu dignissima Christi sententia, qui petentibus hebræis, vt mulier adulterij rea interficeretur, respondit. Qui vestrum est sine peccato, is in eam primus lapidem iaciat. Quasi hoc sermone omnibus aperiret, eos omni prorsus crimine carere oportere, qui in alios inuehuntur. Sed an propterea quòd clerici quandoq; mali inueniantur, est illis obedientia subtrahenda, & eorũ dilanianda potestas: non sane. Dicant oro laici principes si qui fortè eorũ clericis hæc obijciunt, an sibi placiturũ sit, vt omnibus qui peccant, quamprimũ ab eorũ subditis obedientia subtraheretur: non opinor: non hoc sibi rectũ videri rñdebunt: nam hoc modo ferè omniũ principum iurisdictio & potentia euerteretur. Quapropter in proposita re non est à sacris traditionibus declinandũ, à quibus didicimus, multoties Deum hæc, ob subditorũ delicta permittere. Ipse enim regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi, vt Iob testatur. Et alibi scriptum est. Dabo vobis regem in furore meo. Hinc Hieronymus ait. Non semper princeps populo & iudex ecclesiæ per Dei arbitrium datur, sed prout merita nostra deposcunt. Hoc idem sentiens Gregorius ait, ex merito plebis nonnunquã episcopi deprauantur. Ideoq; extat memorabilis illa Petri sententia clamitantis. Subditi

Io. 8.

c. Nõ quales. 1. q. 1. c. Sacerdotes, & c. oues. 6. q. 1.

Iob. 34.
Oseæ. 13.
Hier. vt hẽtur in. c. Audacter. 8. q. 1. facit. c. Nõ est. 2. q. 7.
Grego. in. c. Ex merito. 6. q. 1.

Petr. in epist. 1. c. 2.

estote Dominis vestris etiā discolis. Quare constanter affirmarim fore vt si nos met ipsos corrigeremus, charitasq́ in nobis reflorescerer, fortè honestioris vitæ superiores tam clericos q̄ laicos haberemus. Non igitur (vt ad rem reuertar) quid Romæ fiat, sed quid fieri debeat spectandū est, vt prudentissima illa vtar iureconsulti sententia. Et quanto maiores nostri sunt nocentiores, tanto pro illis propensius est orandum, atq; imitandū est memorabile illud Constantini documentū dicentis, si clericum viderem peccantem, meis illum vestibus tegerem ne ab aliquo videretur. Non autem tam impiè, vt fit, illorū fama est laceranda, & longè minus eorū vsurpanda potestas: Nam quæcunq; potestas, & iurisdictio in se bona est, quoniam qualiscunq; illa sit, à Deo est, vt ait Apostolus. Quod autē in se bonum, ac sanctum est, vtiq; à malo administratore fœdari non potest. Quinimmo tantū honoris à Christo sacerdotali huic potestati tributum est, vt eius intuitu malis quoq; ministris esse parendū mandauerit. Postquā .n. corruptos eorū, qui super cathedram Moysi sedebant, mores increpuit, eis tamen ob iurisdictionem, qua fungebantur, esse obediendum præcepit dicens. Quæ dicunt facite. Id quod multò magis de ijs, qui super cathedram Petri sedent, est concedendū. Non itaq; ob administratorū improbitatem est alicuius ac præsertim ecclesiæ potestas vilipendenda. Sed contra potius, mali administratores ob illorum præcellentiam potestatis non modo tolerandi sunt, verum ēt passim ob omnibus venerandi. Audite Augu-

L. Sed licet. ff. de offi. præsi. c. Si papa. 40. dist. C. In scripturis 96. dist.

Ad Rom. 13. & c. qui resistit. 11. q. 3. c. fi. 15. q. vlt.

c. Non quales. 1. q. 1.

stinum contra Petilianum. Memento sacramentis Dei nihil obesse mores malorũ hominum: quo illa vel non sint, vel minus sancta sint. Item. Si non habebat Saul sacramenti sanctitatem, quid in eo David venerabatur? Si autẽ habebat innocentiam, quare innocentem persequebatur? Et ibi paulo post. Ecce Saul non habebat innocentiam, & tamẽ habebat sanctitatem, non vitæ suæ, sed vnctionis: nã sacramentũ Dei, quod & in malis hominibus est, sanctum est. Hæc ille. Ecce quàm aperta sunt hac in re sanctorũ patrum testimonia. Hæc tamen omnia dixisse volui, non vt vllorũ & præcipuè principũ maiestatem vel mores læderem, sed potius vt Deo parerem, cui magis quàm hominibus, esse obtemperandũ didicimus. In reliquis verò illos veneror, & (vt decet) colendos censeo, nec iureconsulti illius immemor sum, qui ait, seruis semper honestas & sanctas Dominorũ personas videri debere. Quod & Paulus non obscurè sensit, cum inquit. Quicunque sunt serui Dominos omni honore esse dignos arbitrentur. Verùm vt eo tandem redeamus vnde nos honestus religionis amor auocarat, atque vt sermonẽ, quem de Constantini concessione suscepimus, aliquando claudam. Dico illam & veram & iure optimo validam extitisse, eamque Dei afflante Spiritu emanasse, vt Imperiũ istud ea etiam, quæ spiritualia sunt, protegeret, ac foueret: eisque non solum maximo foret auxilio, verum etiã ornamento. Sileant igitur tandem contradicentes isti homines planè cæci, ac cæcorum duces. Nos eorũ conuitijs non minus impiè quàm iniustè iactatis,

Dis. 1. q. 1.

Act. 5.

L. Liberto. ff. de obseq. lib.

Pau. ad Tbi. 6

nihil sumus responsuri: quoniã quamuis habeat quendã aculeum contumelia, quem cupidi bonæ existimationis viri difficillimè patiuntur, attamen quia maiorẽ laudem ferendo iniurias, quàm vlciscendo meremur: eas feremus: eas inultas esse patiemur. Indignũ quippe, ac nimis repræhensibile foret, tam iustam causam tanto splendore veritatis illustrẽ, conuitiorum turpitudine deformare. Hoc.n. desperatissimũ nequissimorũ hominum perfugium est, atq; hæc sunt eorũ arma, qui ne punctũ quidem rationis habentes veritatem perspicuã audent oppugnare. Præterea decet nos eum imitari, de quo loquens Petrus ait. Qui cum malediceretur non maledicebat, & cum pateretur non cõminabatur, & qui beatos eos pronunciabat, qui ferendo superant persequentiũ maledicta. Vbi igitur veritas, atq; ipse Deus pro causa stat, ibi victoria & laus speranda est. Vbi verò mendacium sæuit, conuitia sunt contẽnenda. Aliæ quoq; nonnullæ istorũ leuitatis indices nugæ in ijs, quæ illi scholia dicunt, impudenter iactãtur, quæ quoniam castigatione magis, ac pœna, quàm responsione digna sunt à nobis consultò prætermittuntur, & vt pueriles sunt, etiam contẽnuntur. Illud sanè non est silentio prætereundum, quod & isti innuunt, & alij quandoq; apertissimè tradiderunt: maximaq; ob id in ecclesia Dei dissidia excitarunt. Potestatẽ scilicet Romani pontificis, qualiscunq; illa sit, concilij subiacere censuræ in ijs præsertim, quæ ad ecclesiã tam in capite q̃ in membris (vt ipsi loquuntur) reformandam pertinent: atq; ita aiunt, in Constantiensi conci-

L. Quisquis c. de post.

Pri. Petr. 2.

Matt. 5. et. 10

In epist. Nicolai. 1. ad Michaelẽ Imperatorem.

lio fuisse constitutũ. Hoc autem potissimũ argumento vtebantur ij, qui contra Eugeniũ. IIII. & Iulium. II. insurrexerunt, aduersus quos, et si per multa se offerunt, ac patent responsa, ex ijs, quæ vberius aliquando hac de re disseruimus, nonnulla tamen etiam nunc afferre non grauabimur, vt pontificia maiestas, cuius tutrix ac patrona est veritas, quo magis agitatur, tanto magis more puri auri fiat illustris. Nos. n. saluo semper sanctæ matris ecclesiæ arbitrio, affirmamus, constitutiones illas, quæ non illi schismati, quod tunc erat exortum, prouidebant, ac finem ponebant, sed futuris etiã pontificibus indubitatis normã dare tentabant, nullo iure ab illo concilio fieri potuisse. Idq́ duobus vel præcipuis concluditur, ac planè demonstratur argumentis. Primum est, quoniã (vt probauimus) concilia iniussu papæ congregari non possunt, casum schismatis semper excipio, vel vbi pontifex mortuus esset, vel hæreticus, aut demens, vel alio simili detẽtus impedimento. Nã tunc ideo concilia sine iussu pontificis colligi possunt, vt succurratur imminentibus ecclesiæ periculis, atq́ id tamen fit vi pontificiæ potestatis, quæ ad episcoporũ vniuersitatem recidit in illis casibus, ne Respub. Christiana in tanto discrimine diu periclitetur. Alia verò negocia, quæ morã patiuntur, futuro pontifici decidenda relinquuntur. Cum igitur conciliũ Constantiense ad sedandũ schisma fuisset collectũ, in eo nõ iure statuta non potuerunt, quæ ad illũ casum præcise non pertinerent, qualia sunt, quæ futuri pontificis potestatẽ coangustare nituntur. Nã cum patres

In. 4. & 5. sessione.
Abb. in trac. de cõcil. Basi. Deci. in cõsi. 151
In trac. de pot. pap. & concil.

Rom. in consi. 536. Abb. in q. incip. Episcopus, & Dec. in c. osius de elec.

Decius. in d. c. osius.
In bulla Io. 23

illi Constantienses limites suæ iurisdictionis, quæ in solo schismate tollendo consistebat, egrederentur, irrita iure ipso erant illorū decreta. non. n. possunt à limitata potestate tam ample prouenire constitutiones, vt legitimæ iurisdictionis fines träseant, qui erant in tollendo illo schismate constituti. ob hoc etenim ipsum nonnulla negocia ab ipsa Synodo futuro pontifici reseruata fuere, quod nunq̄ factum fuisset, si amplam & non restrictam putassent illi patres suam esse potestatem. Non igitur sic rectè colligas, conciliū Constantiense legitimū fuit, ergo omnia eius gesta sunt veneranda. Nos. n. legitimū ac omni veneratione dignum fuisse concedimus concilium illud, sed in illis tantū casibus, in quibus instante necessitate ad illud erat deuoluta iurisdictio, in alijs autē secus, & stant ista simul, concilium quod ad quædā attinet esse legitimū, & quod ad alia quædā non esse, sic Leo gesta concilij Chalcedonensis approbauit in ijs, quæ non sine sua authoritate peracta fuerant, reliqua verò voluit esse irrita, & inania. Quamobrē Gelasius vir sanctus, & integer, hoc Leonis potissimū ductus exemplo affirmauit id, quod nos prædiximus. Noua itaq; & inaudita non loquimur, sed quæ à sanctis patribus tradita sunt. Qua propter iure, ac plena fiducia concludimus quicquid extra casum schismatis illius, & extra casus, qui morā non patiebantur, fuit à Constantiensibus constitutū, id totum fuisse irritum & inane, ob iurisdictionis defectū, & ratio est in promptu, nā sublata schismatis occasione, & dato indubitato pontifice, patres illi sine

L. Cancellauerat. ff. de his quæ ī test. del. ang. ī cōs. 128

Abb. in. d. q. ici piē. episcopus, & Dec. in. d. c. Osius.

Arg. l. cū de indebito. ff. de probat.

In epi. Leonis. 55. & 59.

In tomo Gelasii.

L. A digere. ff. de iu. pat. c. cū cessante, de appel.

pontifice iure conuenire non potuissent, atque ideo etiam longe minus ipsius amplitudinē potestatis coarctare. In hoc igitur conciliorū differunt potestates, quoniā aut sine pontifice congregantur, quod in certis dūtaxat casibus fieri conceditur, & tunc eorū potestas ad illos tantū casus restricta est. Aut à pontifice conuocantur, & si ad certa tantūmodo negocia expedienda suam impartitur authoritatē, etiam tunc similiter quicquid extra illa fit irritū est, vt docuit Leo, & Gelasius confirmauit. Aut denique summus pontifex concilia cogit plenam eis exhibens authoritatem, & eo casu possunt quæcunque negocia diffiniri. quoniam in re sua quilibet est moderator & arbiter, vt à legibus traditū est. Nunc eo redeūtes vnde digressi eramus, aliud non minus efficax afferimus argumentū: & noua atque indubitata ratione moti affirmare non veremur, constitutiones illas parū consistere, ac iure ipso planè irritas esse. nam etiam si fuisset vniuersitatis episcoporū absoluta potestas (quod iure optimo negatū est) illis tamē patribus ea constituere minimè licuisset. Diligentissimè n. animaduertendū est, potestatē, quæ ad vniuersitatē spectat, nūquā ad minorem ipsorū partem deuolui posse: nisi accusata ac planè certa absentium contumacia. Quando. n. in vrgentibus negocijs, cum requisiti sint, venire negligunt, ipsi se ipsos à ferendis suffragijs excludunt: & tota eorū potestas ad solos præsentes, licet numero pauciores, recidit: qui alioqui nihil possent. & hæc vnanimis & vera omnium, qui iuris imperiti non sunt, sententia est. Nam qui formam huiusmodi

Vt in. c. si duo, & in. c. Siquis pecunia. 7 9. d. & vt supra. Ro. cōsi. 3 3 6. Abb. in. q. īci. episcop. & Decius, in. c. Osius de elec.

Arg. tex. not. ī l. cuicūque. §. nō tū oē. ff. de ist. act. & . l. Diligenter. ff. mād. L. in re mandata. C. Manda.

L. quod maior ff. ad municip.

L. Nauarchorū vbi Bart. c. de nauic. lib. xi. c. Bonæ, et ibi gl. & Inn. de elec. c. vbi periculū, & ibi doct. de elect. i. 6. Ros.

illi Constantienses limites suae iurisdictionis, quae in solo schismate tollendo consistebat, egrederentur, irrita iure ipso erant illorũ decreta. non. n. possunt à limitata potestate tam amplè prouenire constitutiones, vt legitimae iurisdictionis fines trãseant, qui erant in tollendo illo schismate constituti. ob hoc etenim ipsum nonnulla negocia ab ipsa Synodo futuro pontifici reseruata fuere, quod nunquam factum fuisset, si amplam & non restrictam putassent illi patres suam esse potestatem. Non igitur sic rectè colligas, conciliũ Constantiense legitimũ fuit, ergo omnia eius gesta sunt veneranda. Nos. n. legitimũ ac omni veneratione dignum fuisse concedimus concilium illud, sed in illis tantũ casibus, in quibus instante necessitate ad illud erat deuoluta iurisdictio, in alijs autẽ secus, & stant ista simul, concilium quod ad quaedã attinet esse legitimũ, & quod ad alia quaedã non esse, sic Leo gesta concilij Chalcedonensis approbauit in ijs, quae non sine sua authoritate peracta fuerant, reliqua verò voluit esse irrita, & inania. Quamobrẽ Gelasius vir sanctus, & integer, hoc Leonis potissimũ ductus exemplo affirmauit id, quod nos praediximus. Noua itaque & inaudita non loquimur, sed quae à sanctis patribus tradita sunt. Qua propter iure, ac plena fiducia concludimus quicquid extra casum schismatis illius, & extra casus, qui morã non patiebantur, fuit à Constantiensibus constitutũ, id totum fuisse irritum & inane, ob iurisdictionis defectũ, & ratio est in promptu, nã sublata schismatis occasione, & dato indubitato pontifice, patres illi sine

L. Cancellauerat. ff. de his quae i test. del. arg. i cõs. 128

Abb. in. d. q. ici pie. episcopus, & Dec. in. d. c. Osius.

Arg. l. cũ de indebito. ff. de probat.

In epi. Leonis. 55. & 59.

In tomo Gelasii.

L. Adigere. ff. de iu. pat. c. cũ cessante, de appel.

pontifice iure conuenire non potuissent, atque ideo etiam longe minus ipsius amplitudinē potestatis coarctare. In hoc igitur conciliorū differunt potestates, quoniā aut sine pontifice congregantur, quod in certis dūtaxat casibus fieri conceditur, & tunc eorū potestas ad illos tantū casus restricta est. Aut à pontifice conuocantur, & si ad certa tantūmodo negocia expedienda suam impartitur authoritatē, etiam tunc similiter quicquid extra illa fit irritū est, vt docuit Leo, & Gelasius confirmauit. Aut deniq; summus pontifex concilia cogit plenam eis exhibens authoritatem, & eo casu possunt quæcunque negocia diffiniri. quoniam in re sua quilibet est moderator & arbiter, vt à legibus traditū est. Nunc eo redeūtes vnde digressi eramus, aliud non minus efficax afferimus argumentū: & noua atque indubitata ratione moti affirmare non veremur, constitutiones illas parū consistere, ac iure ipso planè irritas esse. nam etiam si fuisset vniuersitatis episcoporū absoluta potestas (quod iure optimo negatū est) illis tamē patribus ea constituere minimè licuisset. Diligentissimè .n. animaduertendū est, potestatē, quæ ad vniuersitatē spectat, nūquā ad minorem ipsorū partem deuolui posse: nisi accusata ac planè certa absentium contumacia. Quando .n. in vrgentibus negocijs, cum requisiti sint, venire negligunt, ipsi se ipsos à ferendis suffragijs excludunt: & tota eorū potestas ad solos præsentes, licet numero pauciores, recidit: qui alioqui nihil possent: & hæc vnanimis & vera omnium, qui iuris imperiti non sunt, sententia est. Nam qui formam huiusmodi

Vt in. c. si duo, & in. c. Siquis pecuniæ. 79. d. & vt supra. Ro. cōsi. 336. Abb. in. q. ïci. episcop. & Decius, in. c. Osius de elec.

Arg. tex. not. ī l. cuicūque. §. nō tū oē. ff. de īst. act. & l. Diligenter. ff. mād. L. in re mandata. C. Manda.

L. quod maior ff. ad municip.

L. Nauarchorū vbi Bart. c. de nauic. lib. xi. c. Bonæ, et ibi gl. & Inn. de elec. c. vbi periculū, & ibi doct. de elect. i. 6. Ros.

congregandi concilij tradiderunt, tria præcipuè aiunt in eiusmodi conuocatione exprimenda esse, causam, locum, & tempus, & ita fieri oportere longa docuit consuetudo, quæ pro lege non immerito custoditur: & hoc est ius, quod dicitur moribus constitutū. Cum igitur patres ad concilium Constantiense requisiti fuerint ad sedandum schisma, & componendam inter eos, qui vnitatem ecclesiæ scindebant, pacem: vt videre est in illius concilij indictione, qua authoritate soli præsentes potuerunt alia, ad quæ conuocati non fuerant, negocia diffinire? Si.n.id vi suæ propriæ potestatis agebant, hoc iure fieri non potuit: cum ipsi numero essent pauciores. Si verò vi deuolutæ potestatis, hoc etiam longè minus: potestas.n. absentium non deuoluitur ad solos præsentes nisi contumacia præcedente. Verū cum absentes illi ad solum schisma tollendū, non autē ad alia illa negocia citati forent, nulla fuit in eo, quod ad alia negocia pertinebat, eorum contumacia, quæ solum à neglecta citatione prouenit, citati autem ad illa non erant: atq; ideo à sua potestate nondū erant exclusi. Quare affirmamus his potissimū duabus rationibus constitutiones illas non valere. Verum iam aliter quoq; aduersus eas dicamus. Obijcimus igitur, quod eo tēpore quo æditæ fuerunt, illæ tres obedientiæ, quæ tribus illis de pontificatu certantibus seiunctim parebant, nondum erant in vnū collectæ, sed vna tantum ex tribus: vt Abbas Panormitanus & alij celebres authores docuerunt, affirmantes Franciscum Zabarellam Cardinalem, dum in concilio illam constitutionem publicaret, legere

in tract. de cōcil. & oēs ferè alii, qui hac de re scripserunt. L. De quibus ff. de legi.

D. L. Quod maior, cū simi. D. L. Nauarchorū, cum aliis supra deductis. L. Aut qui aliter, & ibi Bar. ff. quod vi aut clam.

Panor. in trac. nondū excusso, in quo quid de cōcil. Basil. senserit, declarauit.

legere noluisse partem illam, quæ est de reformatione capitis & membrorũ, tanquã quæ surreptitia foret. Huc accedit quod etsi concedimus constitutiones illas ratas ac validas esse, tamen si rectè intelligantur, pontificiæ potestati obesse non depræhenduntur. Nam cũ in eis legitur, quemcunq; etiam maiestate pontificia præcellentẽ, concilio subiacere, in ijs, quæ ad reformandã ecclesiam tam in capite quàm in membris attinent, dicimus verba ista ad duplicem trahi posse intellectũ, vt scilicet, vel distributiuè, vel collectiuè intelligantur, si distributiuè, hoc est vt in reformatione cuiuscunq; membri & ecclesiæ seiunctim ac separatim potestas pontificia concilio subiaceret, dicimus, id nullo iure fieri posse, quoniã hoc modo prorsus pontificia potestas destrueretur, si concilij constitutio, quæ ad vnũ membrũ, vel ad vnã tantum ecclesiam pertineret, à pontifice tolli non posset. sic. n. & constitutiones innumeræ, & sanctorũ patrum traditiones, ac ipsa consuetudo, ex quibus omnibus contrariũ accipimus, subuerterentur. Quin illa ipsa quoq; Synodus sibimet repugnaret, quæ in dãnandis capitulis Ioannis Hussij declarauit, Romanã ecclesiam supra quascunq; alias particulares potestatem habere, atq; hoc pacto seipsam statim corrigeret, quod non est conijciendũ, præterea ista concilij potestas supra pontificem post tot sæcula repente gigni nõ potuit, sed opus erat eam iam inde ab initio nascentis ecclesiæ semper fuisse, atq; eo demũ tempore declaratã, quod quantum distet à verisimili nemo ambigit, cum omnes sciant tot L. Nam ad ea. ff. de cõ. & de.

ante acta concilia, tot veterùm decreta, tot illustrium virorũ documenta, atq; ipsum deniq; vsum contraria tradidisse? ac nefas sit credere, veritatẽ hanc, cui nostræ fidei firmamentum vel maximè innititur, ab illis tantũ patribus, tunc deniq; post mille & quadringentos annos et amplius fuisse detectam. Si verò verba illa (vt necesse est) collectiuè intelligantur, hoc est vt in reformatione simul & capitis & membrorũ pontifex concilio parere teneatur, & tunc à cõmuni aliorũ non videntur discrepare sententia, qui iam pridem ante conciliũ Constantiense affirmarunt, ea, quæ ad vniuersalẽ ecclesiæ statũ spectant, absolute & simpliciter non esse in summi pontificis potestate: quãuis ego facile nõ ita sentiam. Verùm esto, negari non potest, quin decretum, quod vnà & membrorũ & capitis reformationem cõplectitur, ad vniuersalem ecclesiæ statum pertineat: atq; ita constitutio illa nihil noui penitus attulisset, Verùm quia & illud documentũ tutum non puto, & quia in hoc illa cõstitutio ab aliorũ opinione dissentit, quod ipsa pontificibus nõ parentibus pœnas iniungit. Alij verò papã contrafacientẽ non puniri posse aiunt, sed ei tantũmodo resisti debere. Idcirco tutiora prædicta videntur esse responsa, vt scilicet ex defectu iurisdictionis, decreta illa non potuerint iure promulgari. Cuius conclusionis veritatẽ aperiorẽ fore arbitramur, si effectus inspiciantur, qui deinde ab illis prouenerunt. Solent. n. causæ ab effectu plerunq; cognosci. Quid. n. aliud sanctiones illæ, q̃ schismata, & magna in ecclesia Dei dis-

Gl. in. c. Proposuit, de cõcess. præb. glo. in. §. nisi rigor. 1. q. 7. tex. in. c. & si illa. 1. q. 7. Inn. in. c. inquisitioni de sentẽ. excõ. Archid. i c. sunt quidam. 25. q. 1. Zab. in. cõsi. 147. i fi. et i cõs. 150 in fin. Abb. & alii in. c. significasti, de elec. et i trac. de cõcil. Basil. & in. q. inci. episcopus. Rosel. in tract. de cõcil. et Fel. in. c. Nulli de sent. excom. Inn. i. c. Quãto de cõsu. L. cũ de in rem verso, vbi Bar.

ſidia pepererunt? Baſilienſes.n. earum authoritate potiſſimum freti. Eugenium. IIII. sua ſententia, de ſede eiecerunt, electo in eius locum Felice, tandẽ tamen nutu Dei, & Eugenio, & Nicolao eius ſucceſſori vniuerſalis adhæſit eccleſia. Neq; ita multò poſt ab illis ipſis conſtitutionibus ſchiſma cõtra Iulium. II. originem traxiſſe, ſatis exploratũ eſt, & tamen non modo ipſe Iulius, ſed etiã Leo. X. eius ſucceſſor à tota Chriſtiana Repub. venerati fuere: & coram Leone cardinales, qui contra Iulium inſurrexerant, ſe palam ſchiſmatis reos profitentes illud piaculum abiurauerunt. Ex quibus omnibus luce clarius conſtat, tum validiſſimis rationibus à nobis adductis, tum malis euentibus ob hoc ſubſecutis, tum etiam vniuerſalis eccleſiæ conſenſu, dictas conſtitutiones contra pontificiam poteſtatem minimè ferri potuiſſe, & in eis condendis Dei ſpiritum non adfuiſſe. Quãuis autem deinceps Martinus. V. certus iam & indubitatus pontifex geſta illius concilij confirmauerit, Non tamen hac in re illius confirmatio nobis refragatur. Sed contra potius, hanc noſtrã opinionem et ea, quæ prædiximus, non mediocriter adiuuat. Nam ſi decreta illa omnia, prædictis caſibus tantũ exceptis, irrita non fuiſſent ob ſupremæ poteſtatis defectum, patres illi non affectaſſent, vt à certo iam pontifice approbarentur. qui. n. sanus eſt non indiget medico. ſenſerunt igitur patres illi omnes eorum ſanctiones, quæ (caſu ſchiſmatis excepto) ac demptis caſibus neceſſario vrgentibus, æditæ fuerãt, inanes eſſe, & propterea papæ confirmationem optarunt.

ff. de vſur. bal. & alii in. l. Si certis annis. C. pac. c. cũ veniſſent, vbi Anto. but. de inſt. Abb. in trac. de concil. Baſil. Vt colligitur ex trad. per Dec. i. conſi. 151.

Matt. 9. Mar. 2. & in. c. Adhuc inſtant de pen. diſt. 3.

Vicarius? Quomodo iurisdictioné vllam exercere sublata authoritate posset? Si.n. nec cœlestis iræ timor audaciam hominum terret, nec eorum animos religionis amor accendit, quin ab eis illa, quæ omnium sententia ditioni ecclesiæ sunt subiecta, tam iniustè (vt cernimus) occupentur, & contemnantur: quid fieret si hoc quoq; huius Imperij careret ecclesia adiumento? tota certè illius potestas (nisi id ipse Deus auerteret) destrueretur. Hæc ego me hercule per quàm libenter præterijssem, verùm quia non consulto sed casu in horũ mentionem incidi, ea piè certè proferre me veritas coegit, quæ ita perspicua sunt, vt obscurari à quoq; nec possint nec debeant. Cæterùm dicet fortasse quispiã, hæc non tam vehementer, vt nos arbitramur, esse culpanda: quoniam ob clericorum ipsorũ delicta eueniunt, qui si bene sanctèq; (vt par esset) viuerent, omnes passim eis libentissimè parerent. Ego verò ingenuè fateor me nullorum vnquã præsertim clericorum demerita esse laudaturum, sed quisnam tandem ille est, qui sine aliqua labe inueniatur? nonne omnis homo mẽdax? nonne contra naturam penè est (teste Hieronymo) vt sine peccato aliquis sit? Seipsos colligant obsecro, qui hæc obijciunt, & qui nam tandem qualesue ipsi sint, introspiciant. nihil.n. iniustius est, q̃ eos aliorũ vitæ rationem poscere, qui suæ reddere non possunt, ij sunt in quos Gregorius inuehitur dicens. Multi sæcularium hominũ cum plus sacerdotis vitam q̃ suam discutiunt, in magnum crimen incurrũt. magna.n. trabe vulneratos habentes oculos, eamq; negligentes:

Psal. 115.
In epist. ad Oceanũ, & hẽtur in.c. vnũ. §. nomine. 25. dist.
Vhẽtur in.c. Multi. 2.q.7.

tes, festucam tenuem in aliorũ conspiciunt oculis, quam dũ incautè festinant auellere, erroris in foueam dilabuntur. Hæc ille. Quid.n.æquius est: quàm eos, qui alterum accusant, non minus famæ atq; honori suo timere, ꝙ eos, qui accusantur. Hæc est illa memoratu dignissima Christi sententia, qui petentibus hebræis, vt mulier adulterij rea interficeretur, respondit. Qui vestrum est sine peccato, is in eam primus lapidem iaciat. Quasi hoc sermone omnibus aperiret, eos omni prorsus crimine carere oportere, qui in alios inuehuntur. Sed an propterea quòd clerici quandoq; mali inueniantur, est illis obedientia subtrahenda, & eorũ dilanianda potestas: non sane. Dicant oro laici principes si qui fortè eorũ clericis hæc obijciunt, an sibi placiturũ sit, vt omnibus qui peccant, quamprimũ ab eorũ subditis obedientia subtraheretur: non opinor: non hoc sibi rectũ videri rũdebunt: nam hoc modo ferè omniũ principum iurisdictio & potentia euerteretur. Quapropter in proposita re non est à sacris traditionibus declinandũ, à quibus didicimus, multoties Deum hæc, ob subditorũ delicta permittere. Ipse enim regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi, vt Iob testatur. Et alibi scriptum est. Dabo vobis regem in furore meo. Hinc Hieronymus ait. Non semper princeps populo & iudex ecclesiæ per Dei arbitrium datur, sed prout merita nostra deposcunt. Hoc idem sentiens Gregorius ait, ex merito plebis nonnunquã episcopi deprauantur. Ideoq; extat memorabilis illa Petri sententia clamitantis. Subditi

Io. 8.

c. Nõ quales. 1. q. 1. c. Sacerdotes, & c. oues. 6. q. 1.

Iob. 34.
Osea. 13.
Hier. vt hẽtur in. c. Audacter 8. q. 1. facit. c. Nõ est. 2. q. 7.
Grego. in. c. Ex merito. 6. q. 1.

Petr. in epist. 1. c. 2.

estote Dominis vestris etiã discolis. Quare constanter affirmarim fore vt si nos met ipsos corrigeremus, charitasq; in nobis reflòresceret, fortè honestioris vitæ superiores tam clericos q̃ laicos haberemus. Non igitur (vt ad rem reuertar) quid Romæ fiat, sed quid fieri debeat spectandũ est, vt prudentissima illa vtar iureconsulti sententia. Et quanto maiores nostri sunt nocentiores, tanto pro illis propensius est orandum, atq; imitandũ est memorabile illud Constantini documentũ dicentis, si clericum viderem peccantem, meis illum vestibus tegerem ne ab aliquo videretur. Non autem tam impiè, vt fit, illorũ fama est laceranda, & longè minus eorũ vsurpanda potestas: Nam quæcunq; potestas, & iurisdictio in se bona est, quoniam qualiscunq; illa sit, à Deo est, vt ait Apostolus. Quod autẽ in se bonum, ac sanctum est, vtiq; à malo administratore fœdari non potest. Quinimmo tantũ honoris à Christo sacerdotali huic potestati tributum est, vt eius intuitu malis quoq; ministris esse parendũ mandauerit. Postquã .n. corruptos eorũ, qui super cathedram Moysi sedebant, mores increpuit, eis tamen ob iurisdictionem, qua fungebantur, esse obediendum præcepit dicens. Quæ dicunt facite. Id quod multò magis de ijs, qui super cathedram Petri sedent, est concedendũ. Non itaq; ob administratorũ improbitatem est alicuius ac præsertim ecclesiæ potestas vilipendenda. Sed contra potius, mali administratores ob illorum præcellentiam potestatis non modo tolerandi sunt, verum ẽt passim ob omnibus venerandi. Audite Augu-

L. Sed licet. ff. de offi. præsi. c. Si papa. 40. dist. C. In scripturis 96. dist.

Ad Rom. 13. & c. qui resistit. 11. q. 3. c. si. 15. q. vlt.

c. Non quales. 1. q. 1.

stinum contra Petilianum. Memento sacramentis Dei nihil obesse mores malorũ hominum: quo illa vel non sint, vel minus sancta sint. Item. Si non habebat Saul sacramenti sanctitatẽ: quid in eo David venerabatur? Si autẽ habebat innocentiã, quare innocentem persequebatur? Et ibi paulo post. Ecce Saul non habebat innocentiam, & tamẽ habebat sanctitatem, non vitæ suæ, sed vnctionis: nã sacramentũ Dei, quod & in malis hominibus est, sanctum est. Hæc ille. Ecce q̃ aperta sunt hac in re sanctorũ patrum testimonia. Hæc tamen omnia dixisse volui, non vt vllorũ & præcipuè principũ maiestatem vel mores læderem, sed potius vt Deo parerem, cui magis q̃ hominibus, esse obtemperandũ didicimus. In reliquis verò illos veneror, & (vt decet) colendos censeo, nec iureconsulti illius immemor sum, qui ait, seruis semper honestas & sanctas Dominorũ personas videri debere. Quod & Paulus non obscurè sensit, cum inquit. Quicunq; sunt serui Dominos omni honore esse dignos arbitrentur. Verùm vt eo tandem redeamus vnde nos honestus religionis amor auocarat, atq; vt sermonẽ, quem de Constantini concessione suscepimus, aliquando claudam. Dico illam & veram & iure optimo validam extitisse, eamq; Dei afflante Spiritu emanasse, vt Imperiũ istud ea etiam, quæ spiritualia sunt, protegeret, ac foueret: eisq; non solum maximo foret auxilio, verum etiã ornamento. Sileant igitur tandem contradicentes isti homines planè cæci, ac cæcorum duces. Nos eorũ conuitijs non minus impiè q̃ iniustè iactatis,

Dis. 1. q. 1.

Act. 5.

L. Liberto. ff. de obseq. lib.

Pau. ad Tbi. 6

nihil sumus responsuri: quoniã quamuis habeat quendã aculeum contumelia, quem cupidi bonæ existimationis viri difficillimè patiuntur, attamen quia maiorẽ laudem ferendo iniurias, quàm vlciscendo meremur: eas feremus: eas inultas esse patiemur. Indignũ quippe, ac nimis repræhensibile foret, tam iustam causam tanto splendore veritatis illustrẽ, conuitiorum turpitudine deformare. Hoc.n. desperatissimũ nequissimorũ hominum perfugium est, atq; hæc sunt eorũ arma, qui ne punctũ quidem rationis habentes veritatem perspicuã audent oppugnare. Præterea decet nos eum imitari, de quo loquens Petrus ait. Qui cum malediceretur non maledicebat, & cum pateretur non cõminabatur, & qui beatos eos pronunciabat, qui ferendo superant persequentiũ maledicta. Vbi igitur veritas, atq; ipse Deus pro causa stat, ibi victoria & laus speranda est. Vbi verò mendacium sæuit, conuitia sunt contẽnenda. Aliæ quoq; nonnullæ istorũ leuitatis indices nugæ in ijs, quæ illi scholia dicunt, impudenter iactãtur, quæ quoniam castigatione magis, ac pœna, quàm responsione digna sunt à nobis consultò prætermittuntur, & vt pueriles sunt, etiam contẽnuntur. Illud sanè non est silentio prætereundum, quod & isti innuunt, & alij quandoq; apertissimè tradiderunt: maximaq; ob id in ecclesia Dei dissidia excitarunt. Potestatẽ scilicet Romani pontificis, qualiscunq; illa sit, concilij subiacere censuræ in ijs præsertim, quæ ad ecclesiã tam in capite q̃ in membris (vt ipsi loquuntur) reformandam pertinent: atq; ita aiunt, in Constantiensi conci-

L. Quisquis c. de post.

Pri. Petr. 2.

Matt. 5. et. 10

In epist. Nicolai. 1. ad Michaelẽ Imperatorem.

lio fuisse constitutũ. Hoc autem potissimũ argumento vtebantur ij, qui contra Eugeniũ. IIII. & Iulium. II. insurrexerunt, aduersus quos, et si per multa se offerunt, ac patent responsa, ex ijs, quæ vberius aliquando hac de re disseruimus, nonnulla tamen etiam nunc afferre non grauabimur, vt pontificia maiestas, cuius tutrix ac patrona est veritas, quo magis agitatur, tanto magis more puri auri fiat illustris. Nos. n. saluo semper sanctæ matris ecclesiæ arbitrio, affirmamus, constitutiones illas, quæ non illi schismati, quod tunc erat exortum, prouidebant, ac finem ponebant, sed futuris etiã pontificibus indubitatis normã dare tentabant, nullo iure ab illo concilio fieri potuisse. Idq; duobus vel præcipuis concluditur, ac planè demonstratur argumentis. Primum est, quoniã (vt probauimus) concilia iniussu papæ congregari non possunt, casum schismatis semper excipio, vel vbi pontifex mortuus esset, vel hæreticus, aut demens, vel alio simili detẽtus impedimento. Nã tunc ideo concilia sine iussu pontificis colligi possunt, vt succurratur imminentibus ecclesiæ periculis, atq; id tamen fit vi pontificiæ potestatis, quæ ad episcoporũ vniuersitatem recidit in illis casibus, ne Respub. Christiana in tanto discrimine diu periclitetur. Alia verò negocia, quæ morã patiuntur, futuro pontifici decidenda relinquuntur. Cum igitur conciliũ Constantiense ad sedandũ schisma fuisset collectũ, in eo ædi iure statuta non potuerunt, quæ ad illũ casum præcise non pertinerent, qualia sunt, quæ futuri pontificis potestatẽ coangustare nituntur. Nã cum patres

In. 4. & 5. sessione. Abb. in trac. de cõcil. Basi. De ci. in cõsi. 152 In trac. de pot. pap. & concil.

Rom. in consi. 516. Abb. in q. incip. Episcopus, & Dec. in cõsius de elec.

Decius, in d. cõsius. In bulla Io. 23

illi Constantienses limites suæ iurisdictionis, quæ in solo schismate tollendo consistebat, egrederentur, irrita iure ipso erant illorũ decreta. non. n. possunt à limitata potestate tam amplè prouenire constitutiones, vt legitimæ iurisdictionis fines trãseant, qui erant in tollendo illo schismate constituti. ob hoc etenim ipsum nonnulla negocia ab ipsa Synodo futuro pontifici reseruata fuere, quod nunquam factum fuisset, si amplam & non restrictam putassent illi patres suam esse potestatem. Non igitur si rectè colligas, conciliũ Constantiense legitimũ fuit, ergo omnia eius gesta sunt veneranda. Nos. n. legitimũ ac omni veneratione dignum fuisse concedimus concilium illud, sed in illis tantũ casibus, in quibus instante necessitate ad illud erat deuoluta iurisdictio, in alijs autẽ secus, & stant ista simul, concilium quod ad quædã attinet esse legitimũ, & quod ad alia quædã non esse, sic Leo gesta concilij Chalcedonensis approbauit in ijs, quæ non sine sua authoritate peracta fuerant, reliqua verò voluit esse irrita, & inania. Quamobrẽ Gelasius vir sanctus, & integer, hoc Leonis potissimũ ductus exemplo affirmauit id, quod nos prædiximus. Noua itaque & inaudita non loquimur, sed quæ à sanctis patribus tradita sunt. Quapropter iure, ac plena fiducia concludimus quicquid extra casum schismatis illius, & extra casus, qui morã non patiebantur, fuit à Constantiensibus constitutũ, id totum fuisse irritum & inane, ob iurisdictionis defectũ, & ratio est in promptu, nã sublata schismatis occasione, & dato indubitato pontifice, patres illi sine

L. Cancellauerat. ff. de his quæ i test. del. arg. i cõs. 328

Abb. in. d. q. ici pië. episcopus, & Dec. in. d. c. Osius.

Arg. l. cũ de indebito. ff. de probat.

In epi. Leonis. 55. & 59.

In tomo Gelasij.

L. Adigere. ff. de iu. pat. c. cũ cessante, de appel.

pontifice iure conuenire non potuissent, atq; ideo etiam longe minus ipsius amplitudinē potestatis coarctare. In hoc igitur conciliorū differunt potestates, quoniā aut sine pontifice congregantur, quod in certis dūtaxat casibus fieri conceditur, & tunc eorū potestas ad illos tantū casus restricta est. Aut à pontifice conuocantur, & si ad certa tantūmodo negocia expedienda suam impartitur authoritatē, etiam tunc similiter quicquid extra illa fit irritū est, vt docuit Leo, & Gelasius confirmauit. Aut deniq; summus pontifex concilia cogit plenam eis exhibens authoritatem, & eo casu possunt quæcunq; negocia diffiniri. quoniam in re sua quilibet est moderator & arbiter, vt à legibus traditū est. Nunc eo redeūtes vnde digressi eramus, aliud non minus efficax afferimus argumentū: & noua atq; indubitata ratione moti affirmare non veremur, constitutiones illas parū consistere, ac iure ipso planè irritas esse. nam etiam si fuisset vniuersitatis episcoporū absoluta potestas (quod iure optimo negatū est) illis tamē patribus ea constituere minimè licuisset. Diligentissimè n. animaduertendū est, potestatē, quæ ad vniuersitatē spectat, nūquā ad minorem ipsorū partem deuolui posse: nisi accusata ac planè certa absentium contumacia. Quando. n. in vrgentibus negocijs, cum requisiti sint, venire negligunt, ipsi se ipsos à ferendis suffragijs excludunt: & tota eorū potestas ad solos præsentes, licet numero pauciores, recidit: qui alioqui nihil possent. & hæc vnanimis & vera omnium, qui iuris imperiti non sunt, sententia est. Nam qui formam huiusmodi

Vt in. c. si duo, & in. c. Siquis pecunia. 79. d. & vt supra. Ro. cōsi. 336. Abb. in. q. ĩci. episcop. & Decius, in. c. Osius de elec.

Arg. tex. not. ĩ l. cuicūq; . §. nō tū oē. ff. de ĩst. act. & . l. Diligenter. ff. mād. L. in re mandata. C. Mandat.

L. quod maior ff. ad municip.

L. Nauarchorū vbi Bart. c. de nauic. lib. xi. c. Bonæ, et ibi gl. & Inn. de elec. c. vbi periculū, & ibi doct. de elect. i. 6. Ros.

in tract. de cōcil. & oēs ferè alii, qui hac de re scripserunt. L. De quibus ff. de legi.

congregandi concilij tradiderunt, tria præcipuè aiunt in eiusmodi conuocatione exprimenda esse, causam, locum, & tempus, & ita fieri oportere longa docuit consuetudo, quæ pro lege non immerito custoditur: & hoc est ius, quod dicitur moribus constitutū. Cum igitur patres ad concilium Constantiense requisiti fuerint ad sedandum schisma, & componendam inter eos, qui vnitatem ecclesiæ scindebant, pacem: vt videre est in illius concilij indictione, qua authoritate soli præsentes potuerunt alia, ad quæ conuocati non fuerant, negocia diffinire? Si. n. id vi suæ propriæ potestatis agebant, hoc iure fieri non potuit: cum ipsi numero essent pauciores. Si verò vi deuolutæ potestatis, hoc etiam longè minus: potestas. n. absentium non deuoluitur ad solos præsentes nisi contumacia præcedente. Verū cum absentes illi ad solum schisma tollendū, non autē ad alia illa negocia citati forent, nulla fuit in eo, quod ad alia negocia pertinebat, eorum contumacia, quæ solum à neglecta citatione prouenit, citati autem ad illa non erant: atq; ideo à sua potestate nondū erant exclusi. Quare affirmamus his potissimū duabus rationibus constitutiones illas non valere. Verum iam aliter quoq; aduersus eas dicamus. Obijcimus igitur, quod eo tēpore quo æditæ fuerant, illæ tres obedientiæ, quæ tribus illis de pontificatu certantibus seiunctim parebant, nondum erant in vnū collectæ, sed vna tantum ex tribus: vt Abbas Panormitanus & alij celebres authores docuerunt, affirmantes Franciscum Zabarellam Cardinalem, dum in concilio illam constitutionem publicaret,

D. L. Quod, maior, cū simi. D. L. Nauar. chorū, cum aliis supra deductis. L. Aut qui aliter, & ibi Bar. ff. quod vi aut clam.

Panor. in trac. nondū excusso, in quo quid de cōcil. Basil. senserit, declarauit.

legere

legere noluisse partem illam, quæ est de reformatione capitis & membrorũ, tanquã quæ surreptitia foret. Huc accedit quod etsi concedimus constitutiones illas ratas ac validas esse, tamen si rectè intelligantur, pontificiæ potestati obesse non depræhenduntur. Nam cũ in eis legitur, quemcunq; etiam maiestate pontificia præcellentẽ, concilio subiacere, in ijs, quæ ad reformandã ecclesiam tam in capite q̃ in membris attinent, dicimus verba ista ad duplicem trahi posse intellectũ, vt scilicet, vel distributiuè, vel collectiuè intelligantur, si distributiuè, hoc est vt in reformatione cuiuscunq; membri & ecclesiæ seiunctim ac separatim potestas pontificia concilio subiaceret, dicimus, id nullo iure fieri posse, quoniã hoc modo prorsus pontificia potestas destrueretur, si concilij constitutio, quæ ad vnũ membrũ, vel ad vnã tantum ecclesiam pertineret, à pontifice tolli non posset. sic. n. & constitutiones innumeræ, & sanctorũ patrum traditiones, ac ipsa consuetudo, ex quibus omnibus contrariũ accipimus, subuerterentur. Quin illa ipsa quoq; Synodus sibimet repugnaret, quæ in dãnandis capitulis Ioannis Hussij declarauit, Romanã ecclesiam supra quascunq; alias particulares potestatem habere, atq; hoc pacto seipsam statim corrigeret, quod non est conijciendũ, L. Nam ad ea. ff. de cõ. & de. *præterea ista concilij potestas supra pontificem post tot sæcula repente gigni nõ potuit, sed opus erat eam iam inde ab initio nascentis ecclesiæ semper fuisse, atq; eo demũ tempore declaratã, quod quantum distet à verisimili nemo ambigit, cum omnes sciant tot*

ante acta concilia, tot veterùm decreta, tot illustriùm virorũ documenta, atq; ipsum deniq; vsum contraria tradidisse? ac nefas sit credere, veritatẽ hanc, cui nostræ fidei firmamentum vel maximè innititur, ab illis tantũ patribus, tunc deniq; post mille & quadringentos annos et amplius fuisse detectam. Si verò verba illa (vt necesse est) collectiuè intelligantur, hoc est vt in reformatione simul & capitis & membrorũ pontifex concilio parere teneatur, & tunc à cõmuni aliorũ non videntur discrepare sententia, qui iam pridem ante conciliũ Constantiense affirmarunt, ea, quæ ad vniuersalẽ ecclesiæ statũ spectant, absolute & simpliciter non esse in summi pontificis potestate: quãuis ego facile nõ ita sentiam. Verùm esto, negari non potest, quin decretum, quod vnà & membrorũ & capitis reformationem cõplectitur, ad vniuersalem ecclesiæ statum pertineat: atq; ita constitutio illa nihil noui penitus attulisset, Verùm quia & illud documentũ tutum non puto, & quia in hoc illa cõstitutio ab aliorũ opinione dissentit, quod ipsa pontificibus nõ parentibus pœnas iniungit. Alij verò papã contrafacientẽ non puniri posse aiunt, sed ei tantũmodo resisti debere. Idcirco tutiora prædicta videntur esse responsa, vt scilicet ex defectu iurisdictionis, decreta illa non potuerint iure promulgari. Cuius conclusionis veritatẽ apertiorẽ fore arbitramur, si effectus inspiciantur, qui deinde ab illis prouenerunt. Solent.n. causæ ab effectu plerunq; cognosci. Quid.n. aliud sanctiones illæ, q̃ schismata, & magna in ecclesia Dei dis-

Gl. in. c. Proposuit, de cõcess. præb. glo. in. §. nisi rigor. 1. q. 7. tex. in. c. & si illa. 1. q. 7. Inn. in. c. inquisitioni de sentẽ. excõ. Archid. i c. sunt quidam. 25. q. 1. Zab. in. cõsi. 147. i fi. et i cõs. 150 in fin. Abb. & alii in. c. signific asti, de elec. et i trac. de cõcil. Basil. & in. q. inci. episcopus. Rosel. in tract. de cõcil. et Fel. in. c. Nulli de sent. excom. Inn. i. c. Quãto de cõsu. D. cũ de in rem verso, vbi Bar.

ſidia pepererunt? Baſilienſes.n. earum authoritate potiſſimum freti. Eugenium. IIII. sua ſententia, de ſede eiecerunt, electo in eius locum Felice, tandē tamen nutu Dei, & Eugenio, & Nicolao eius ſucceſſori vniuerſalis adhæſit eccleſia. Neq; ita multò poſt ab illis ipſis conſtitutionibus ſchiſma cō tra Iulium. II. originem traxiſſe, ſatis exploratū eſt, & tamen non modo ipſe Iulius, ſed etiā Leo. X. eius ſucceſſor à tota Christiana Repub. venerati fuere: & coram Leone cardinales, qui contra Iulium inſurrexerant, ſe palam ſchiſmatis reos profitentes illud piaculum abiurauerunt. Ex quibus omnibus luce clarius conſtat, tum validiſſimis rationibus à nobis adductis, tum malis euentibus ob hoc ſubſecutis, tum etiam vniuerſalis eccleſiæ conſenſu, dictas conſtitutiones contra pontificiam poteſtatem minimè ferri potuiſſe, & in eis condendis Dei Spiritum non adfuiſſe. Quāuis autem deinceps Martinus. V. certus iam & indubitatus pontifex geſta illius concilij confirmauerit, Non tamen hac in re illius confirmatio nobis refragatur. Sed contra potius, hanc noſtrā opinionem et ea, quæ prædiximus, non mediocriter adiuuat. Nam ſi decreta illa omnia, prædictis caſibus tantū exceptis, irrita non fuiſſent ob ſupremæ poteſtatis defectum, patres illi non affectaſſent, vt à certo iam pontifice approbarentur. qui.n. sanus eſt non indiget medico. ſenſerunt igitur patres illi omnes eorum ſanctiones, quæ (caſu ſchiſmatis excepto) ac demptis caſibus neceſſario vrgentibus, æditæ fuerāt, inanes eſſe, & propterea papæ confirmationem optarunt.

ff. de vſur. bal. & alii in. l. Si certis annis. C. pac. c. cū venissent, vbi Anto. but. de inſt. Abb. in trac. de conci. Baſil. Vt colligitur ex trad. per Dec. ī. conſi. 151.

Matt. 9. Mar. 2. & in. c. Adhuc inſtant de pen. diſt. 1.

Qui cum eis dũtaxat robur addiderit, quæ ad fidem pertinerent, vt in confirmatione ipsa legitur, illud sequitur vt aliæ omnes in sua permanserint infirmitate. Illud amplius constanter affirmo, illas sanctiones, quæ ad fidem non spectant, à Martino (tametsi id voluisset) in suorũ successorũ præiudiciũ approbari non potuisse, siquidem (vt iurisconsultus ait) Magistratus, qui pari Imperio sunt, nullo modo alter ab altero cogi possunt. Verùm si quis fortè obijciat, ac dicat, cur non igitur etiam in ijs, quæ fidei sunt idem affirmamus? hoc est, vt successores eadem ratione non astringantur: Is hanc istorũ casuum differentiam esse norit, quod ea, quæ fidei sunt, non solius pontificis, sed euangelij potissimum authoritate subnixa sunt, à quo tantũmodo fidei norma elicitur, & ita huiusmodi traditiones magis euangelicæ, quàm pontificiæ existimantur, quia etsi declarandi potestas in ijs, ad pontificem spectet, is tamen, qui declarat, nihil noui constituit, sed (teste iurisconsulto) voluntatẽ scribentis, detegit. Quam ob rem non mirũ est, si & successores, & ipsi declarantes ab huiusmodi constitutionibus, quæ immutabiles sunt, ne plures sed vnam tantum fidem habeamus, iure astringuntur. Alioqui illud absurdum sequeretur, scilicet vnũ respectu eiusdem diffinitionis hæreticum esse posse: Alterum non posse, quod absit, cum tota ecclesia vnã tantũ fidem confiteatur. Hæc autem cessant in constitutionibus, quæ ad fidem non pertinẽt. Nam cum nitantur sola pontificis authoritate, iniquum est, alios pontifices, qui eiusdem sunt potestatis, ab eis cogi. Mar-

Arg. l. cũ prætor. ff. de iud.

L. Nã magistratus. ff. de arbit. c. Innotuit, de elec.

c. Maiores, de bap. c. Hæc est fides. 24. q. 1. c. Frater noster 16. dist.

L. Adeo. §. cũ quis. ff. de acq. re. dom. L. Hæredes palã. §. 1. ff. de testa.

Art. vnã sanctã, &c. c. 1. de sum. trin.

Dicta. L. Nam magistratus. ff. de arbi. et. d. c. innotuit.

tinus itaq; vt illas, quæ ad fidem non attinebant, constitutiones non approbauit, ita eas etiam volens in præiudicium successorũ approbare non potuisset. Cæterùm si quis rursus instaret dicens, hoc ipsum quod papa in certis casibus concilio parere teneatur, ad fidem spectare, ac propterea, cũ à Martino fidei decreta fuerint approbata (vt prædictũ est) illud sequi, vt hæc quoq; ab illa confirmatione non sint exclusa: Respõdemus Martinũ illa dũtaxat confirmasse, quæ principaliter erant de fide, vt erant ea, quæ contra Ioãnẽ Hussiũ declarata fuere. Non autẽ hæc, quæ solũ per quandã quasi cõsequentiã ad fidẽ nescio quomodo trahi possunt, idq; ex eo ẽtliquet, quod decreta illa, quæ ad pontificiam attinent potestatem, constituta erant anteq̃ decreti essent à concilio iudices, qui fidei negocio & causæ incũberent. Illud.n.in quinta, hoc verò in sexta sessione fuit à patribus cõstitutum, atq; hinc manifestum est, ipsam Synodũ sensisse fidei causam ab ista esse seiunctam. Præterea rectè potest hoc argumentũ reflecti, nam si negocium hoc ad fidẽ spectat, cum ea, quæ fidei sunt, immutabilia sint, ne plures in ecclesia fides esse videantur, eaq; vt diximus à pontifice potissimũ declarari possint: dico hoc rursus in dubium reuocari nec potuisse, nec debuisse, ac multò nunc minus posse, cum non semel tantũ, sed sæpe iampridem ante concilium Constantiense primatus Romani pontificis non solum ab antiquis pontificibus, sed etiam à concilijs iam diu celebratis fuerit declaratus, vt latè iam antea fuit ostensum. Quæ quidem si fidei sunt, & con-

c. Maiores, de bap. c. hæc est fides. 24.q.1. c. Frater noster 16. dist.

sequenter immutabilia, à Martino. V. proculdubio conuelli, ac moueri non potuerunt: quod vtiq; fecere tentasset si ea, quæ primatui contraria sunt, confirmasset. Si vero fidei nō sunt, par à pari coerceri non potuit. Et ex his omnibus, quæ prædiximus, multa, quæ contraria & aduersis frontibus pugnantia videbantur, dissoluuntur, quæ superioribus temporibus horribiles procellas aduersus Petri nauiculam excitarūt: Quorum illud, quod alioqui memorabile est, non prætermittam. Infertur. n. ex præcedētibus in hunc modū diligenter examinatis, concilium Basiliense nullo pacto contra Eugenium IIII. procedere potuisse, non dico tantū eo quod causæ, quæ contra eum afferebantur, dignæ non essent depositionis sententia, quæ ob solum hæresis crimen ferri pōt, sed ex defectu iurisdictionis. Nam synodus illa pro certis tantummodo negocijs expediendis indicta fuerat, & collecta, nimirum vt Græcorū & Latinorū antiqua dissidia tollerentur, vt hæretici damnarentur, atq;, vt bellorū discrimina sedari possent, vt videre est ex gestis ipsius concilij, in ipso statim principio, vbi illius congregationis causa & intentio declaratur, cū igitur ad illos casus coarctata fuisset illius synodi potestas, ad alia negocia præsertim tam ardua, manus porrigi nō potuerunt. diligenter. n. sunt mādati limites custodiendi. Quāuis. n. concilium illud iussu papæ collectum, dici legitimū possit, id tamen fatemur in ijs tantum, in quibus gerendis papa cōsenserat, in reliquis minimè. Talem paulo ante narrauimus à Leone. I. latam fuisse sententiam, qui rogatus, vt concilij

c. Maiores. c. Memor. 24. q. 1. c. sicut. 15. dist. c. Anastasius, cū gl. 19. dis. c. Quæ ad perpetuā. c. sūt quidā, & c. contra. 95. q. 1. Abb. in. q. episcopus. D. l. Nā magistratus, et. d. c. Innotuit.

c. Si papa. 40. dist.

L. Diligenter. ff. mand. Ang. i cōsi. 328. & ĩ text. not. in. L. cuicūq; §. nō tamē omne. ff. de inst. act. In epist. Leonis. 55. & 59

Chalcedonensis gesta firmaret, ea tantũ approbauit, ad quæ tractanda suam ipse interposuerat authoritatẽ, reliqua verò irrita esse iussit, & ita Gelasium apertè docuisse prædiximus. Quare non satis est, q̃ concilia legitimè colligantur, nisi etiã ritè & seruatis mandati limitibus celebrentur. Cõcilium. n. Ephesinum. II. fuit authoritate Leonis coactũ. Iccirco autem eius gesta irritantur, quoniã non ritè fuerunt celebrata. Ita quoq; in concilio Chalcedonensi proponente Cecropio, acclamatũ est, concilium illud nomen concilij non mereri, quod non est authoritate sedis apostolicæ collectũ & ritè peractum, quasi vnũ sine altero non sufficiat. Patres igitur Basilienses ad certa tantũ ac præstituta negocia congregati, nullo pacto contra Eugenium ferre sententiam potuerunt. Idq; etiam si fuissent obiecta crimina, propter quæ deponi mereretur. Nam aut id faciebant freti authoritate illa, quam eis papa fuerat impartitus, & hoc dici non potest, cum illa potestas, ad certa alia ac præfinita negocia esset coarctata, (vt diximus) quæ transgredi non poterant. Aut opinabãtur ex noua causa contingente hanc ad se tanquã in legitimo concilio congregatos spectare authoritatẽ, & tunc, aut iure proprio, & hoc fieri nullo pacto poterat, nam hæc iurisdictio, ad vniuersitatẽ pertinet episcorũ: nec magis ad hos q̃ ad illos. ij. n. sunt, ad quos spectat in concilijs diffiniendi potestas. Vnde cum Basilienses essent numero multò pauciores, & absentibus impares, clarũ est, eos solos vi propriæ authoritatis iurisdictionẽ, quæ omniũ erat episcoporum, exercere nõ

In tomo Gela.

Act. 10. cõcil. Chal.

D. l. Diligẽter, ma. & D. l. cuicunq;. §. nõ tñ omne.

Bal. in. c. olim, de rescrip. & latè Alex. in. c. 1. 17. dist.

L. Quod maior. ff ad municip. c. 1. & ibi doc. de his, quæ fi. à ma par. cap. cũ simil.

potuisse: hoc autem ita cõstat, vt id negare nemo debeat. Aut certè sentiebant, hoc ius ad ipsos deuolutum esse ob aliorũ absentiam & hoc longè minus licebat, cum alij neq; ad deponẽdum pontificẽ vnq̃ fuissent requisiti, neq; quòd ad hanc causam pertinet, vllius contumaciæ rei, ideoq; nec ferendi suffragij iure priuati essent, potestas ipsorũ ad solos præsentes eo casu non erat deuoluta, quæ (vt prædiximus) ob solam absentium citatorũ negligentiam, in præsentes recidit. Multi nãq; patres, qui pro causis in indictione concilij expressis, venire neglexerant, proculdubio ad deponendũ vel confirmandum pontificem accessissent, si ad id citatio præcessisset. Quãobrem ab omni parte apertissimè liquet, nullam illorum patrum fuisse potestatem in tam arduo diffiniendo negocio. Et mirum sanè est, tot viros præcellenti doctrina illustres, qui Eugenium defendebant, nusquã hæc ineuitabilia fundamẽta adduxisse. Ex prædictis igitur duæ conclusiones memoratu dignæ colliguntur. Quarum altera est, concilium, quod in præfinitis quibusdam & certis tantũ casibus seorsum à põtifice congregari potest, in illis tantum negocijs decidendis potestatem habere. Altera est quod ne in illis quidem vlla fungi potest authoritate, nisi absentes ad id requisiti sint & citati. At si quis fortè dixerit, quonam igitur modo, si quando pontifex hanc concilio negaret authoritatem, aut pontifex deponi hæreticus posset, aut imminentia ecclesiæ pericula negligente illo euitari possent? Dixi alias, & nunc etiam dico requisito & negligente pontifice, succurrere instantibus

L. Aut, qui aliter, & ibi bar. ff. quod vi aut clã. L. Nauarchorũ, vbi Bar. c. de nauic. lib. xi. c. Bonæ, & ibi gl. & Inn. de elect. & Rosel. in tract. de concil.

In lib. de pot. pã. et concil.

ecclesiæ

ecclesiæ periculis, totam in illis casibus potestatem, ad patres deuolui. Et ex iis, quæ prædiximus: multi casus similes præcedentibus decidi possent, quos (vt breuior fiam) prætermittere satius esse existimaui. Satis. n. (ni fallor) susceptum onus, Deo fauente, expleuimus.

Quare quantum à veritate declinauerint, & in qualem ac quantum Dei contemptum, terminos à patribus nostris fixos transtulerint ij, qui contra pontificiam maiestatem proximè latrarunt: hoc iam tot ac tantis probationum fundamentis ostensum est, vt nihil aliud iure desiderari posse videatur. Non enim rationes validissimæ, non virorum summæ scientiæ ac dignitatis authoritates innumeræ, non conciliorum decreta, non deniq; diuturni ac probati mores ad conuincendam illorum pertinaciam defuere. Atq; omnes probationes in hac iustissima causa defendenda ita simul conuenere, vt non quæsitas sed oblatas de referenda huius palmæ gloria inter se certare possis arbitrari. Cedat igitur tandem iuri iniuria, honestati turpitudo, modestiæ impudentia & veritati clarissimæ obscura mendacia, ac tandem superemineat Romanæ sedis antistes, & is, qui & à Christo ipso, & deinceps omnium sæculorum consuetudine summus omnium est iudicatus, nunc quoq; in sua, hoc est in maxima veneratione à cunctis fidelibus habeatur: Pertinaces autem & incorrigibiles isti, qui maiores contra tam perspicuam hanc veritatem indies parant insidias, sunt etiam adhibita vi (si fortè aliter fieri non potest.) castigandi; atq; c. Nec licuit. 17. dist. & clare Bal. in. c. olim. de rescri.

Q

euertendi à Christianis principibus, quorum munus præcipuum est, quæ à patribus iam sancita sunt, exactissimè tueri, vt Constans Augustus docuit, qui Constantio fratri graue bellum comminatus fuit, nisi Sardicensis concilij decreta exequeretur. Hoc ipsum & alij iam pridem religiosissimè fecerunt. Quorum nostri temporis principes perquàm velim esse imitatores. Nec verò hæc sunt alijs postponenda negocia, nisi fortè Dei causam post humanas, putant esse defendendam, sed fortissimo & constanti animo hæc ante omnia à Regibus est suscipienda tutela. Tunc n. proculdubio humana quoque eorum desideria fœliciori exitu terminabuntur. Nam (si verum dicere fas est) non aliunde principes nostri tot strages, tantos bellorum tumultus, tam magna fortunæ ludibria patiuntur, quàm ex eo, quòd religionis tutela negligitur, quã si vnanimi concordia, vt par esset, omnes susciperent, proculdubio eos externa etiam terra marique regentes imperia propediem videremus: nisi fortè eò dementiæ peruenimus, vt credamus Deum vel suorum immemorem esse, vel illis quæ merentur præstare nolle, vel tantum non posse, quantum velit. Romanorum principum (vt ostendit historia) religione seruata creuit Imperium, eadem neglecta scimus esse diminutum. Si hæc illis, qui Deos ligneos ac lapideos coluere, contingebant, quid nostri principes sperare non possunt: cum ei Deo seruiant, qui & terris, & mari imperat, qui cœlum & terram solus implet, & cuius maiestas super cœlos est exaltata. An ij fortè,

Luc. 5. Hiere. 23. Psal. 8.

qui tantis ecclesiæ periculis, tot perfidorum insidijs, tot perditorum hominum iniurijs non occurrunt, cum possint, tanti se criminis esse immunes putant? Profecto si qui forte id putant, valde falluntur. Nam (teste Ambrosio) tam est in culpa, qui cum possit iniuriam non repellit, quàm is, qui eam intulit. Non enim (vt Anastasius & Damasus aiunt) is caret suspitione societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare: sacri etiam canones magna concilij Chartaginensis authoritate freti, hoc idem constituerunt, id principibus exactè præcipientes: subtiles quoque iurisconsulti, licet aliud agentes, ab hac sententia non discreparunt. Atque ideo Nicolaus primus ad Michaelem Imperatorem scribens, ac vetera exempla repetens latissimè docuit, non paucos principes, quia debitum summo sacerdoti honorem non exhibuerunt, grauissimas pœnas dedisse, contra verò, multos ob susceptam ecclesiæ defensionem maxima præmia esse consecutos. Quapropter inclyti principes, si nomen Christianum, quo nullum potest esse illustrius, mereri vultis, regios istos animos vestros tandem erigite, vel pœnarum formidine territi, vel potius tanta præmiorum spe pariter accensi, si regnorum incremento, si trophea illustria, si æternam vestri nominis memoriam, ac denique si cœlestem gloriam optatis, hanc tutelam iam tandem alacres suscipite, & diuinas magis quàm humanas inimicitias reformidate. Atque vnanimem Christianæ Reipub. pacem tandem reddite, vt Petri nauicula tot procellis agitata possit vobis authoribus, in tranquillitatis portu

In. 1. de off. & c. Non inferenda. 3. q. 3. c. Qui potest. 23. q. 3.

c. ab Imperatoribus et. c. iustũ 23. q. 3.

L. Si fundus ff. loc.

In epist. 2. ad Michaelem Imperatorem.

aliquando quiescere. Quod aliter melius fieri nunquã pote rit, quàm si ei, cui summus honor maximè debetur, ab omnibus ita exhibeatur, vt fidelium princeps & pater, pariter timeatur, & ametur, & obseruetur. Audite quæso virum sanctissimum Cyprianum quasi de sublimi aliqua specula

In epist. 3. ad Corneliũ papã.

clamantem. Non aliunde hæreses oriuntur, non aliunde nata sunt schismata, quàm inde quòd Sacerdoti Dei non obtemperatur: nec vnus in ecclesia Dei Sacerdos ac iudex vice Christi cogitatur. Hæc ille. Quæ an vera sint, nostri temporis calamitates nostro periculo docuerunt. Verùm siquis fortè me interroget ac dicat. Tu quis es, qui de tanto patrũm negocio sententiam tuam proferre audes? Respondeo statim, atq; intrepidè, ego sum rudis quidem ac simplex sed fidelis seruus, qui in agro Domini sero, vt si bonum est semen, id recipiat terra, et gremio suo foueat, si verò malum est, tanquã mala herba vel succidatur, vel radicitus euellatur. Ego nullam fero sententiam. neq; enim ad me hæc iurisdictio pertinet, hæc quantulacunq; sunt ei libentissimè obtuli,

Mar. 12. & Luc. 21. Hier. ĩ Amos proph. et est tex. in. c. odi. 24. q. 1.

qui cordis abundantiam, non muneris tenuitatem intuens, ne viduæ quidem munuscula reiecit. Nec timui vllam dicendi vim, & istam vocum resonantium copiam, quæ in aduersarijs summa est. Idq; eius bonitate, & clementia fretus feci, qui se non eloquentiam, sed ipsam esse veritatem vltrò professus est. Dixi etenim mecum, Si Deus erit pro nobis, quis contra nos? Hoc eodem clypeo puer Dauid arma-

Prio Reg. 17.

tus, gigantis vires & arma contempsit. Nemo igitur vel

quod non satis timuerim, vel quod plus iusto ausus sim, me redarguat. Idem, qui timorem ademit Dominus etiam ista quantacunque sunt, probandi & vbique gentium affirmandi fiduciam praestitit.

Nunc ad te Paule, Pater Sanctissime, cuius potestas in terris proximè ad Dei numen accedit: & cuius eximias ac prope diuinas virtutes nulla vnquam posteritas conticescet, sermonem meum, pariter ac deuotissimum tibi animũ vertam, simul cum Hieronymo dicens. Haec est fides Papa Beatissime, quam in catholica didicimus ecclesia, quamque semper tenuimus, quam nobis, & ratio naturae, & Sanctorum patrũ traditiones, & iurisconsultorum prudentia confirmauit, in qua si minus peritè, aut parum cautè aliquid fortè positum est, emendari cupimus à te, qui Petri sedem, & fidem tenes. Si autem haec nostra confessio apostolatus tui iudicio fuerit comprobata, quicunque me culpare voluerit, se vel imperitum, vel maleuolum, vel etiam non catholicum sed haereticum comprobabit. Hier. ad Damasum. c. Haec est fides. 24. q. 1.

FINIS.

LAVS DEO OPT. MAX.

Romae Antonius Bladus excudebat, die. XVII. Septembris. M. D. XLVII.

ERRATA.

fol. 8. grues, corrige graues. f. 9. Iudiciū, iudicū, eodē fol. nū, nunc. fol. 12 ipleat, ipleant. 16. mandatū mandatā. 17. sedū, sedū. 18. dissoluatur, dissoluantur. 21. in primis gratis gratulatur, in primis gratulatur. fol. eod. eorumdē t ælicē, eorūdem ad Fœlicem: fol. 24. maximò, maxime. 29 de vsur. de vsu fr. 31. ab hoc, ob hoc. 34. de tur. & tur. de iust. & tur. 36. sola authoritate, sola sua authoritate. 37. Paulum, paulùm. 38. concilus. conciliis. 39. detesta, detecta. 40. munit, muniti. 44. futurorum, fatuorum. 49. esset, essem. 60. episcorum episcoporum.

Puncta, & distinctionum atq; interrogationum notas aliquot perperā interpositas, lector per se ipsum facile animaduertet, & corriget.

